

143

FRANCISCI
SOLSONAE
I. VTRIVSQUE
PROFESSORIS
ACVTISSIMI,
NOTARIIQVE
PVBLCI,

Lucerna Laudemiorum,

Omnia emphyteuseos

Iura comple-

ctens.

*

LUGDVNI,
APVD IOANNEM
GORDIOLAM,
Cum privilegio Regis.

1556.

Celeberrimo, Prudentissimoque Notariorum publico-

RVM CIVITATIS BARCINONAE COL-
LEGIO, PERITISSIMISQUE EIVS COLLEGIATIS,
Franciscus Solsona de eadem Classe, S. P. D.

SCRIBENTIVM ferè omnium etiam disertissimorum cõmunis est mos, ac vulgaris consuetudo illustri alicui, & circumspccto viro lucubrationes, & vigilias, quas fecerint, adscribere tute vt contra maleuolos per orbem sub nominis illius tutela, & protectione incedant. Frequenti igitur horum opinione persuasus, cogitanti mihi, cui has meas circa laudemiorum solutionem, & fatigarũ vsum, quasi ludens scripserim lucubratiunculas dicarem, graue sapientissimum & percelebre tabellionum publicorum Barcinonæ collegium, cui hæc omnia patiet, eueffigiõ in mentem venit, venerandi admodum illius priores, & collegiati nunquã satis laudati nunc, & pro tempore existentes, sub quorum clypeo ita confidenter in lucem exibunt, vt sub alio quocunq; præsidio valeant tutius prodire. Qui (quos) pugiliores hac in re defensores (quod blandiendi gratia dictum nolo) esse possunt, quã prædictum collegium, & eius peritissimĩ adedi: Quibus in prædictis tanta est dexteritas, & differendi perititia, quod nullus casus adeo tenebrosus, adeoque difficilis, & nodosus quantumcunq; etiam peregrinus offerri valet: quin statim à veritate minime deviãtes explicare nesciant. Et quãtis scripta hæc nostra, licet impensã mortalium vsui in hac ciuitate viuentium, non parum profectura sunt, et ob id, teste Philosopho, nedum his, quibus perfectè, sed & ijs ex quorum imperfecto opere ad veram rei lucem tandem peruentum est, gratiã sunt porrigenda. Nihilominus, qui scribit (vt inquit Hieronymus) multos sibi assumit iudices, diffideliq; esse, imò impossibile scribentem ipsum hominum morsus pertranlire posse. Sunt enim nonnulli adeo teterriã, & serulis naturæ hebetes quidem, & obtusi, & ore loquaces, qui cum sibi, & Reipublicæ sint penitus inutiles, in alterius vituperatione se laudari putant, & se nimium doctos autumant, si omnium scripta canino dente dilacerent, & pro beneficijs maleficia refundant. Quocirca horum proteruiã, & fugienda studia præuidens te admirandum collegium, tuosq; omnes collegiatis exoratos velim, quatenus tua innata beneuolentia, & amore hoc Opusculum, licet indigestum beneuolè recipiatis, ipsumq; pro mea confidentia ab oblatatoribus, & inuidorum moribus (si opus fuerit) ita viriliter defendatis, vt vestra semel experti flagella ab inde mutire minime audeant. In templo Dei (vt inquit diuus Hieronymus) in prologo Galeato offert vnusquisq; quod potest alij aurum & argentum, & lapides pretiosos, alij byssum, & purpuram & cum offerunt, & hiacynthum: mihi autem bene ageatur, si hæc quasi pelles, & caprarum pilos obtulero. Valete. Barcinonæ.

Extrait du Priuilege du Roy.

PAR grace & Priuilege du Roy est permis à Iean Gordiolo, Libraire de Barcellone de imprimer, ou faire imprimer vne foys, ou plusieurs, vn Liure intitulé *Lucerna Laudemiorum*, *Domini FRANCISCI Solsonæ, Iuris utriusque Professoris, Notarij publici, & fait defences de par ledit Seigneur, à tous autres Libraires, Imprimeurs, & personnes quelconques, de non imprimer, ne faire imprimer ledit Liure sur les copies & corrections, vendre ne distribuer, en ses pais, terres & Seigneuries, si ce n'est par le consentement dudit Gordiolo, sur peine d'amende arbitraire, & de confiscation des Liures, qu'ilz auroyent imprimés: & ce iusques au temps & terme de dix ans, à compter du iour & date, qu'ilz feront paracheués d'imprimer: comme plus à plein est contenu par les lettres patentes sur ce données à Paris, le dernier iour de Iuillet, l'An de grace 1556. & de son regne le dixième.*

Par le Roy, Maistre François Barthelemy, maistre des Requestes ordinaire de l'hospel present.

Signé, F I Z E S.

Et scellé du grand scel, en cire jaune à simple queue.

P R O O E M I V M.



QUONIAM rerum emphyteuticarum renouationes, quas aliter in hac Ciuitate capibreuuationes dicimus, non parum in presentiarum frequentantur, in quarum prosecutione multi aperiantur casus, ex quibus Laudemium tertium, seu Foriscapium dominis alodialibus, pro quibus tenentur, solui debent, & super ipsorum exactiōe, & faticarum inde resultantium, siue iuris retinendi vsu, si plures sunt domini, successiue vnus post alium, quā plurimā oriuntur lites, & cōtrouersia quibus omnino est obuiandum, vt est text. in clement. j. de concessio. præ-

bend. & in l. iij. ff. de aliena. iudi. mutan. causa §. fina. & in cap. nonnulli. §. cum autem lites. extra de rescrip. & in clemen. ad compescendas. de sequestra. possessio. & fructuum. & in cap. j. de appella. lib. vj. & Bald. in rubri. de nouo codice compon. Ideo cum iam super modo procedendi in ipsis Capibreuuationibus, siue renouationibus, & de formis opportunitis in eis faciendis, & de aliquibus quæstionibus inde resultantibus ad iustum, & mandata Reuerendissimi domini Michaelis Preuig. Dei & Apostolica sedis gratia Eluenſis Episcopi, in Pontificia & Casarea Iurisprudentia Doctoris meritisissimi libellum ediderim, quem styulum Capibreuuandi appellauit. cui infraſcripta connexa esse deberent cum illorum sint appenditia socia seu coherentia, quæ tunc propter temporis angustiam addere non potui: ne igitur abinde in prædictis Laudemijs tertijs, & Foriscapijs exigendis, & diuidendis: & in ipsis faticis vtendis aliquis, aliter quā rei veritas exposulat verſetur, & proinde multorum iura subuertantur occasione sumpti formandi quatuor principales quæstiones, & eas in quantum ab Altissimo datum est mihi declarandi, tam ex ijs, quæ à meis præceptoribus didici practicam, & ab alijs praticari vidi, quā etiā ijs, quæ apud diuerſos Doctores legi, non tamen gloria seu ostentationis cupiditate, cuius cupiditas esse non debemus, iuxta sententiam Apostoli ad Galatas cap. vj. quia exemplo illius excellentis Romani Scipionis Africani, vt refert Lucianus in Dialogo de præstantia, quem Scipio appellauit, semper esse, quā videri maluit. Sed potius plurimis quæstionibus obuiare desyderans, et in publicam vtilitatem aliquid pro mei ingenij facultate afferre peroptans excitandi que gratia, & mouendi aliquem ad huiusmodi materiam, quæ per omnium manus faus tamen obscure quotidie versatur radicatus scribendam. Scio enim quosdam esse in iure adeo peritiores, quos postquam proximalis dilectio, & fraterna charitas ad alios instruendos hucusque non mouit, vellem eos ijs scriptis excitare. His accedunt nonnullorum amicorum meorum non vulgares preces, quibus hæc & multo maiora debeo, quos vt habetur Ecclesiast. iij. sicut nosmetipsos diligere debemus, eod maxime, quia amico fidelis nulla est comparatio: in quibus, & non in auro & argento, veras hominum diuitias esse putabat idem Scipio Africanus ob quorum amicorum preces deuictus hanc Laudemiorum & faticarum ineffigiatam materiam ab aliquo, quod viderim hucusque ordinate minime tactam peragrandam assumpsi eam, in quatuor principalibus quæstionibus completens, in quibus declarandis, quia nodose sunt, cum aliud sit in alio dijs laicalibus, & aliud in alio dijs ecclesiasticis, & in ecclesiasticis aliud in prædijs vrbanis, & aliud in prædijs rusticis, & aliud in prædijs existentibus in ciuitate, & suburbij proximis, & ciuitati immediate contiguis, & aliud in hortis, & vineo, & in dictis hortis, & vineo aliud in ciuitibus, & habitatoribus Barcinonæ, & aliud in forensibus & extraneis, & in dictis locis: aliud in venditionibus, & aliud in concessionibus in emphyteulim, & aliud in specialibus obligationibus seu impignorationibus, & aliud in titulis lucratiuis. Si rem aliter, quā se habet scripserim, aut forsitan indecenti, & nõ composito sermone rem adducam, aut aliter quomodocunque errauerim, cum vix sit quicquam tam facile, quod ad plenum intelligat homo, comprehendatque ad liquidum humillime vnumquenque, fraterno amore deprecor, non quod in me, a flagellis abstineat. Sed quod illa mitius infligat, nam, vt inquit Imperator Iustinianus in l. ij. C. de veteri iure enucleando, in §. si quid in tanta. hominum est errare, & Cicero in libro de fine bono, & malo, ingenue fatetur, quod falli possumus:

imò vera est illa Catulli ad Varrum sententia inquitentis, quòd suus vnicique attributus est error, nec sacrarum literarum maximo professori Augustino Hyponen. episcopo, vt idem attestatur in epistola ad Marcellum, placet illa Tullij Ciceronis sententia, qua gloriabatur se nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet emisisse: quæ quidem laus, quauis præclarissima videatur, tamen credibilior de nimium fatuo, quàm de sapiente perfecto. Et quauis, vt dicit Seneca vir ille abunde sapiens in 42. epistola, quòd bonus animus nunquam erranti obsequium accomodat, & quòd qui increpationes relinquit, non parum errat, tamen quæ ex charitate procedit correctio non acerba sed mitis esse debet, iuxta illud Matthæi xix. Si autem peccauerit in te frater tuus, &c. & doctor sanctus ecclesiæ Ambrosius Mediolanen. Episcopus super Lucam dicit, plus proficit amica correctio, quàm turbulenta accusatio. Et si tanta cuiquam affuerit reprehendendi cupiditas, non obliuiscatur (quæso) dominici consilij apud Lucam cap. vj. dicentis, quid autem vides festucam in oculo fratris tui, &c. & Gregoriani dogmatis in libro sexto Moralium, vbi dicit, mundus esse debet à vitijs, qui aliena corrigere curat, ad emendanda enim aliorum minùs bene dicta tales esse debemus, quales ad nostra alios esse volumus. Quæstiones enim, quas declarandas decreui hæc sunt: Prima ex quibus alienationibus Laudemium tertium, seu Foriscapium, & quantum debeatur. Secunda, qualiter diuidatur inter dominos, vbi sunt plures domini, successiuè vnus post alium, siue vnus infra alium. Tertia, ex quibus contractibus competat dominis fatica, siue ius retinendi. Quarta, cui dominorum prius, & cui secundò competat ipsa fatica, siue ius retinendi, quod aliàs ius prælationis vocatur: vbi plures sunt domini successiuè vnus post alium, & qui post sunt retinere, & qui non. Pramissis enim absoluendis, ordo erit huiusmodi:

primò enim præludia quædam loco ad totius negotij, de quo agitur, scientia statuuntur, hæc statim prima principalis quæstio in cuius initio tota in breui aperitur materia. Sequitur subinde ad ornatius prosequendum antiquam quandam, & vulgatissimam huius Cataloniae principatus adducam generalem consuetudinem à prædictis Doctoribus commemoratam, per quam illa duo laudemiorum nomina, scilicet tertium simplex, siue directum, & tertium auat prodierunt.

Quibus enodatis figura quædam duo decim cellulas,

cum suis dictis ha-

bens proponitur,

postea dicta

cellularum aperiantur.

Novissimè reliquas tres principales quæstiones subiungam, meum hunc processum finientes,

*

FRANC

FRANCISCI SOLSO

NAE I. V. PROFESSORIS CLARISSIMI
NOTARIIQVE PVBLICI BARCINO.

LAUDEMIORVM

LVCERNA.

*

Summa Capita.

1. Premittendorum vis, et utilitas.
2. Bonorum partitio.
3. Allodij definitio multiplex, et nu. 4. 9. et 10.
4. Allodialis dominus quis.
5. Feudalia, emphyteuticæque bona, quæ alienabilia.
6. Alienationi consentientis domini officium, et contrahentis.
7. Emphyteuticorum bonorum genera, et differentie.
8. Allodiorum diuisio de quibus fieri intelligiue debeat.
9. Prædij unius plures possunt esse domini: et qui accipiendum.
10. Plures qui interpretandi.
11. Vasalli plures Barcino, esse posse.
12. Urbana prædia quæ.
13. L. Urbana ff. de uerb. sign. explicari et declarari.
14. Seruitutum prædialium species definire.
15. Urbasorum, rusticorumque prædiorum laudemia uariè solui.
16. Emphyteusi alienata laudemium deberi et cui, et quantum. 21. et 22.
17. Laudemij appellatio multiplex.
18. Laudemium quando non soluendum.
19. Laudemij soluendi consuetudo seruanda.
20. Alienatio in solutione laudemij qui accipienda.
21. Tempus modicum.
22. Alienare in modicum tempus, quousque licet. Verius nu. 28.
23. Laudemium ex temporali alienatione deberi qui intelligendum.
24. Alienatio que et quando dici nequeat: eiusque rei effectus.
25. Gabella ex quo contractu soluenda.
26. Laudemium ex uenditione ad uitam deberi.
27. Laudemium soluat nouus emptor, Barcino, uenditor, et in quibus titulis. 35.



Vnc vnum

processum aggre-
diens Deo opimo
maximo adiuuan-
te, apud quem (vt
habetur Mathæi
decimo) omnia pos-
sibilia sunt, & eius beatissima matre

semper virgine, quæ, teste diuo Bernar-
do in sermone de eius Natiuitate, si
piè à nobis pulsata fuerit, & benignè
inuocata nunquam deir. Exemplo Iu-
risconsulti Tertuliani in l. proponeba-
tur. in ver. quibus ita præmissis. ff. de ca-
stren. peculio. & insequendo doctrinam
subtilissimi domini Bal. in præludijs feud-
orum. in ver. tractatus noster. ubi dicit
q' non statim in messem iniiciendæ sunt
manus: Sed quædam esse faciendæ præ-
ludia, veluti (vt sentio) connexarum mate-
riarum distinctiones terminorum, & vo-
cabulorum diffinitiones generalem quan-
dam & compendiosam totius materiae de
qua agitur, declarationè & similia. Quia
præfationes huiusmodi, vt eleganter vo-
luit Caius in l. j. ff. de orig. iur. ad lectio-
nem propolitam prætere libentius perducunt, et
preparatoria præmitti debent, vt in d. l. j.
ff. de orig. iur. & in l. ordinarij. C. de rei u-
dic. & tenet las. in rubr. C. de edend. ideo
ego præmitto hic, quod alia sunt bona
feudalia & emphyteuticaria, & alia sunt
bona allodialia. Bona autem allodialia,
sunt bona mea propria, quæ proprie di-
cuntur bona mea, quia sunt allodium est pro-
prium alicuius patrimonium, quod à ne-
mine alio tenetur, nec recognoscitur, nisi à
solo Deo, ita q' nulli debeat seruitute per-
sonalem, aut pecuniariam: & ideo dicitur
allodium francum, quod sui iuris est, nul-
li subiacens seruituti, & cui onus non po-
test imponi sine possessoris cõsensu, vt in
c. j. de allodij. in vsibus feudorum. in tit.
li. de feu. sue. controuer. §. defuncto. secun-
dum Bald. & Aluaro. & Bald. in dicto c.
de allodij. dicunt quod dicitur allodium dicitur
hæreditas quam quisque illam habens
vendere aut donare, vel quouis alio titulo
in quemcumq; transferre potest: & sic dicitur
sua proprietate, vt de illa disponere pos-

sit nullius licentia requisita possunt etiam
 dici plenum dominium. Faciunt notata
 per Abba. Panor. in c. conquestus. extra
 de foro competenti. & in c. cum inter. de
 re iudi. & in c. auditis. de præscriptio. ubi
 sunt boni text. de plena proprietate, seu
 pleno dominio, & in l. libertis libertabus
 §. ff. de alimen. & cib. lega. & sic ¶ domi-
 nus alodialis alicuius rei est dominus su-
 premus neminem in ipsa re recognoscens
 in dominio, nisi solum Deum: & ita etiã
 tenet Ioan. de Socarra. doctor practicus
 in commemoratione Petri Alberti. c. si pe-
 tit. & Iacobin. de sancto Georgio in suo
 tract. feudorum. in §. dicti que vasalli. nu-
 7. & in hoc omnes concordant. Videatis
 Guidonem pap. q. 112. & iura per eum alle-
 gata. Feudalia ¶ siue emphyteuticaria bo-
 6 gata sunt quedam bona, quæ ab alio quis
 tenet, & in eis superiorem recognoscit, &
 ea alienare non potest sine licentia, & con-
 sensu domini superioris, & alodialis, à
 quo tenentur, & cui recognoscuntur, eo,
 videlicet effectu inter alia, ut si ea velit do-
 minus alodialis recuperare, præferatur
 cæteris alijs, ut in l. hn. C. de iure emphyte.
 & ca. potuit. extra de loca. & in constitu-
 tione domini Regis Petri iij. cap. iij. Item
 7 ne super laudemio. Aut ¶ si alienationi cõ-
 sentiat, quod laudemium siue quinquage-
 simam habeat, & emptorem in possessio-
 nem inducat, iuxta mentem dictæ l. fin. &
 optime declarat las. in expeditione ma-
 gnæ glo. dictæ l. fin. nume. 54. vers. iij. ad-
 ducit. Qui quidem dominus per inductio-
 nem noui emphyteutæ in possessionem,
 videtur cū eo cõtrahere, et licet habeat actio-
 nem personalem contra emphyteutam,
 & quod videatur contrahere cum eo te-
 net Petrus Iaco. in titu. de actione in rem
 pro re emphy. quæ eccl. in commissum.
 & Ioan. de Socarra. in ca. eodem. in cõme-
 mo. Petri Alberti. pa. 12. nume. 71. Et ista
 8 ¶ bona emphyteuticaria in ciuitate Barci-
 nonæ, suburbij proximis, & immediatè
 contiguus sunt in duplici differentia: quia
 quedam sunt de alodio ecclesiæ, siue ec-
 clesiastico, & quedam de alodio laici siue
 laicali: ut probatur per priuilegium R.
 Iacobi secundi infra insertum, & per sen-
 tentiam arbitralem inter clerum & ciues
 Barcino. latam, & per vsantias scriptas
 ciuitatis Barcino. quas infra adducam

suis locis, & alia iura huius ciuitatis. Al-
 9 dium ¶ ecclesiæ siue ecclesiasticum est cu-
 ius verus dominus est ecclesia seu cuius
 alius ecclesiam aut piã causam represen-
 tans, qui, seu quæ acquisiuit ipsum domi-
 nium ante prolationem supra mentionate
 10 sententiæ arbitralis. Alodium verò ¶ lai-
 ci siue laicale est illud cuius verus domi-
 nus est quidam laicus siue ecclesia, aut cau-
 sa piã laicum representans, quæ successit
 in alodio post prolationem dictæ senten-
 tiæ arbitralis laico domino directo. Et ista
 11 ¶ diuisio alodiorum ecclesiasticorum &
 laicorum est necessariò faciendã ad intel-
 ligendum ea quæ infra dicuntur super so-
 lutione & diuisione laudemiorũ, siue quin-
 quagesimarum prouenientium de prædijs
 quæ sunt in præsentì ciuitate Barcino. &
 in eius suburbij proximis, & immediatè
 contiguus, & in hortis & vineta. Quo ve-
 rò ad laudemia prouenientia de prædijs
 existentibus extra hortos & vinetum dic-
 ta diuisio non est faciendã nec considerã-
 da, cum vtraque habeant laudemia vnifor-
 miter, & sine aliqua differentia.

II. prælidium:

P Ræmitto etiã quòd in præsentì ciuita-
 te Barcino. hortis & vineto eiusdè
 12 in quolibet prædio, siue sit alodium ¶ ec-
 clesiæ siue sit alodium laici possunt esse
 quatuor domini successiue vnus post alium
 siue vnus infra alium supra emphyteutam
 vtilem: qui in casu alienationis habent, &
 habere debent partè laudemij, siue quin-
 quagesime tertij, seu foriscapj, ut infra a-
 bundè probabitur, & nũq; vidi, nec visum
 est, quòd in vno & eodem prædio seu fun-
 do inueniantur plures domini, qui starèt
 successiue vnus post alium, & quod non
 apparet, præsumitur non esse, ut tenet Bal-
 dus in l. i. veritas. C. de fideicom. in vers.
 nota. in verbo desuerit. Et istud argumen-
 tum, quod non apparet, præsumitur non
 esse. est in iure certissimum, ut tenet Ioan.
 de Socarra. in c. eodem. in cõm memo. Pe-
 tri Alber. nume. 35. & cum hoc, quod in
 quolibet prædio possunt esse plures do-
 mini sit in iure exorbitans, ideo extèdi nõ
 debet Saly. in l. si quis. C. de interdict. ma-
 tri. Et Gemi. in c. constitutionum. de re-
 gu. iur. libr. vj. Et idem Socarra. ubi supra

proximè, num. 36. non dico, quòd domini directi & alio diales nō possint esse tres, quatuor, aut plures, & in secunda dominatione non possint esse totidem, & totidem in tertia dominatione, & eodem modo in quarta dominatione, qui omnes stēt in suo loco communiter, & pro indiuiso per partes equales, vel inequales, etiam vnus, vt ecclesia, & alter vt laicus pro indiuiso, tamen omnes in suo loco faciunt vnum corpus, & omnes loco vnus, et p vno reputabuntur: quia t quando plures ad vnam partem vocantur, omnes loco vnus habentur, & pro vno reputantur: vt in l. si nepotes. ff. de colla. bonorum. & Bald. in l. plures. ff. de pact. vbi dicit qd plures interpretantur, vt vnus quando sub vnus nomine cōsiderantur: quia hec saepe reperiuntur. Dicit tamen Andre. de Hsernia in lib. feudo. in c. primo. ut. de lege Corra. in §. quibusdam. quòd in feudis va falli non possunt esse plures. Videatis ibi text. & doctō. tamen in t presenti ciuitate Barcinonæ, & eius hortis & vineo possunt esse quatuor supra emphyteutam vtilem, & hoc est verum per vstantiā scriptā Barcinonæ.

III. præludium.

Præmitto insuper qd in ciuitate Barcinonæ & in eius suburbijis proximis & immediatè cōtiguīs prædia quædam sunt vrbana, & quædam rustica. Prædia enim vrbana dicuntur omnia edificia habitata causa facta, siue in vrbe, siue in villa: quia vrbani prædium non facit locus, sed materia, probatur hec in l. vrbana prædia. ff. de verbo. signific. & in l. fundi appellatione. eodem titu. & in l. prædium. C. de prædijs mino. & Instit. de seruitutibus. §. prædiorum. Vnde si etiam in vrbe edificium non habitati causa, sed fructuū reponendorum gratia, aut aliās factum sit, dicitur rusticum prædium: & sic dicendū de cæteris, quæ habitandi gratia facta nō sunt, vt legibus supra allegatis, & in l. eod iure. §. stabula ff. in quibus calibus pignus vel hypote. tacite contraha. Faciunt l. cum prætor. in princ. ff. de iudicij. & l. ex eo. ff. de testi. Nec obsistat t dicta l. vrbana prædia supra allegata, vbi dici videtur, quòd stabula sunt vrbani prædium, quia ibi

loquitur de ijs quæ iuncta sunt ædificijs, & gratia habitandi sunt. Hanc prædiorum diuisionem Iurifconsulti posuerunt, & ideo fuerunt posita Rubrica, siue Tituli ff. de seruitutibus vrbani, & rusticorum prædiorum. Tamen ego non adduco dictam prædiorum diuisionem ad eum finem, & effectum quo in dictis titulis ponitur: nam illic ponitur ad cognoscendum quæ sunt seruitutes vrbanae, & quæ rusticae, quia omnes t seruitutes dicuntur vrbanae, quæ vrbani prædijs debentur, et omnes rusticae, quæ prædijs rusticis seruiunt: ita tenet glo. in l. j. ff. de seruitutibus vrbani prædio. & Instit. eodem §. prædiorum vrbani. Et Rollandi in aurora meridiana super instrumento venditionis factæ a minore cum fideiussore de rebus seruitutem debentibus. Sed hic ad nostrum finem ab illo diuersum ponitur t dicta prædiorum diuisio, quia de prædijs vrbani existentibus in ciuitate Barcinonæ suburbijis proximis & immediatè cōtiguīs laudemium soluitur vno modo & de prædijs rusticis ibidem existentibus ac in hortis & vineo laudemij siue quinquagesima soluitur, alio modo, vt infra patebit. Extra tamen dictam ciuitatem & suburbia proxima & immediatè cōtigua dicta prædiorum diuisio ad istum effectum non est facienda: quia extra dictam ciuitatem, & suburbia proxima tam vrbana prædia, quàm rustica eodem iure iudicantur, scilicet vt rustica, neque inter ea aliqua sit differētia, vt infra habetur in tertia celula, quo ad dictum effectum soluedi laudemia, siue quinquagesima.

IIII. præludium.

Præmitto præterea quòd per l. si. §. & ne auaritia. C. de iure emphy. & per c. potuit. extra de loca. & in hoc omnia iura municipalia huius patriæ ciuilia etiam, & canonica, & omnes etiam doctores in dictis iuribus scribentes vnanimiter cōcordant, t qd qn emphyteuta vendit, vel aliter in alium ius suum emphyteuticū alienat tunc domino directo, & allodiali debet solui quinquagesima pars precij, seu æstimationis rei emphyteuticæ venditæ, vel quæ venditur, aut aliter alienatur, quæ (vt ait las. in d. l. si. C. del iure emphy. num.

39. ver. xv. in xv. nota.) laudemium cōmū
 20 niter appellatur. Nos verò ꝑ in nostro iure
 statuario Catalanorum sequentes doctri
 nam Ioan. de Socar. c. cautum. in comme.
 Petri Alber. & aliorum doctorum pra
 cticorum aliquando forficatum, aliquā
 do tertium, aliquando laudemium dictā
 quinquagesimam appellamus, licet laude
 miū in Catalonia propriè sit decima pars
 precij seu aestimatiōis rei feudalis, vel em
 phyteuticariae, quæ domino directo debe
 tur pro alienatione eiusdem, vt est text. in
 conti. domini Regis Petri tertij. c. tertio.
 Itē ne sup̄ laudemio s. si impero. aquell. alquid.
 & ita tenet Guiller. de Valle sicca. in vfa.
 li quis suū feudum. fo. 99. col. j. ver. quid
 si feudatarius. & Thomas Mieres in di
 cta constitutione. Item ne super laudemio
 fo. 164. verli. sed laudemio sitridē. vbi etiā
 dicit quod laudemio est quod habet do
 minus ratione firmæ laudamēti. seu sub
 scriptiōis & approbatiōis alienationis
 feudi seu emphyteutis. Iaco. Marquil. ve
 rō. in vfa. li quis suū feudū. fo. 109. col. 3.
 21 dicit, ratio ꝑ est quia prætextu calami &
 firmæ, & subscriptionis à domino factæ
 in ipso instrumento, & non aliās dictum
 laudemium habet ipse dominus scilicet
 quinquagesimam. Et quod propter cala
 mum datur laudemium, tenet Guiller. de
 vallisic. in vfa. qui viderit. fo. 109. col. j.
 Sed communiter doctores in dicta l. h. C.
 de iure emphyteu. & alijs locis tenent qd̄
 22 ꝑ istud laudemium, siue quinquagesima
 debetur domino pro inuestitura lue re
 nouatione per ipsum dominum in nouū
 emphyteutam faciēda. Sed Ias. Mayn. in
 dicta l. fin. numc. 43. vltius progrediēs,
 dicit, quod ex eo dictum laudemium, si
 ue quinquagesima datur ipsi domino,
 quia ipse dominus damno afficitur reci
 piendo nouum emphyteutā propter mu
 tationem personæ. l. cum auus. secundo re
 sponso. ff. de alimen. leg. Et in hoc (vt ait)
 grauatur dominus, quia nouum debitore
 inuitus recipit, quod est contra ius cōmu
 ne, vt est casus ling. in l. si mandato. in prin
 cip. & ibi Barto. ff. mandati. quod cessat,
 quādo ipsemet dominus emit, aut retinet
 23 iure prælationis, seu faticæ, quo ꝑ casū nō
 debetur sibi laudemium tertium seu foris
 capium: & ita tenet Alberi. de Rosa. in l.
 quod si vno. ff. de in diem additiōe. eū

sequitur Ias. Mayn. in loco supra proximē
 allegato, referens Oldrad. hoc idem tene
 re. tenet etiam Callaneus in constit. Bur
 gun. idem tenet & decidit verbis tormali
 bus text. in commemo. Petri Alberti, ca.
 Et cōmū de Catalunya que aquell per lo qual se te lo
 feu. & in d. l. h. C. de iure emphy. hoc idē
 tenet Ioan. de Socarra. in cōme. Petri Al
 bert. c. cautum. in princ. per tex. ibi. & ra
 tiō est, quia quando dominus emit seu iu
 re prælationis retinet, cessant omnes ratio
 nes propter quas ipse recipit laudemium,
 quia ibi non est calamus nec subscriptio,
 nec approbatio noui emphyteutæ, nec in
 ducit eum in possessiōem, nec dominus
 inuitus recipit alium debitorem. Et quod
 in dicto casu venditiōis, seu alterius alie
 nationis rei feudalis vel emphyteuticariæ
 dicta quinquagesima siue laudemium
 domino soluatur, seu solui debeat, etiam
 est glos. in dicta l. h. C. de iure emphyteu
 tico. Et cum prædictis iuribus concordat
 pragmatica, priuilegium siue constitutiō
 domini Regis Petri. j. quoniam dignè re
 gnat posita in volumine constitutiōnum
 Cataloniae sub rubrica de iure emphyteu
 tico. Concord. etiam constitutiō Reg. Pe
 tri iij. cap. tertio. Item ne super laudemio
 curiæ ceruarie, & sententia arbitralis do
 mini Regis Iaco. secundi. & venerab. epl.
 scopi Valentini inter clericum et ciues Bar
 cinoñæ super solutione laudemiorum p
 mulgata, & duo priuilegia regia, quæ in
 frā inferuntur, & priuilegium recognoue
 runt proceres, cas. Itē quod ille & c. con
 cordat etiam constitutiō Regis Ferdinā
 di j. cap. 16. Alr. scandols. & in commemora
 Petri Alberti, c. cautum. & in cap. castella
 nus seu feudatarius, & nonnulla alia iura
 huius patriæ, & doctores practici iuris
 Cataloniae in diuersis locis, vt infra latius
 patebit. Municipalia tamen à ciuilibus
 dispositiōibus in quantitate soluēda ni
 mium discordant. Et non est mirum. Nā
 24 ꝑ super solutione laudemiorum seruādis
 est mos & consuetudo vsu cuiusque re
 gionis, vt infra probabitur, & consuetu
 do potest detrahēre, aut addere solennita
 ti iuris communis & municipalis secun
 dum Ioan. And. & doctores in cap. nulli.
 de reb. ecclē. non alienan. & Petrus de
 Ancha. in c. primo, col. iij. ver. & sic. eo. ti.
 lib. v. Boerius in constitutione Bituri. in
 rubr.

rubri. de consuetu. feud. et censual. & Ioā. de Succarra. c. cautum. & quod supra dictum est quod si quando emphyteuta vendit vel suum seu sua melioramenta, in alium transfert debetur laudemium quinquagesima tertium seu forficapium. hoc intelligendum est de alienatione perpetua, & non temporali ad modicum tempus: quia quando fit ad modicum tempus non videtur res esse alienata. Ita tenet Iacob. de Monte Iudai. in v. fatic. si quis suum feudū & gloss. in l. Imperiali de prohibita feudi aliena. per Fede. Fel. in ca. quæ in ecclesiariam. extra de cōstitu. et ibi Bal. & Imo. in c. ad audientiam de rebus ecclesiæ non alien. tenet etiam, & sequitur Iaco. Marquel. in dicto v. fatic. si quis suum feudum fo. 118. col. 4. & Ioan. de Succarra. c. cautū. in quibus locis dicti doctores tenent, quod ea dicitur temporalis alienatio, quæ fit ad modicum tempus, scilicet citra decem annos: ex qua alienatione omnes tenent, quod non debetur laudemium. sed debetur ex illa quæ fit ad decem annos et ultra. Quod tamen dicatur modicum tempus, declarant doctores in gloss. in verbo modicum in c. ij. de rebus ecclesiæ non alienan. libr. vj. Ioā. de Ana. in c. si ne prelati vices suas & in l. si filius C. de petitione heredi. & in l. cum de in rem verso. ff. de v. f. et idem Ioan. de Succarra. c. cautum. et latius in ca. eodem regi. 118. nu. 77. Tamen in hac ciuitate Barcinonæ hortis, & vineto t. eiusdē istæ alienationes factæ ad modicum tempus non fiunt, nec fieri possunt ultra septennium, vel, vt alij dicunt, ultra quinquennium ex quadam consuetudine Barcinonæ non scripta quam Iacob. Marquel. gloss. fauit in fine suæ Margaritæ Iacobinæ dicens ibi quod est vna de consuetudinibus Barcinonæ non scriptis ponendo eam in ordine primam & asserendo quod viget in hac ciuitate & ibi tenet, quod ex alienatione facta ad septem annos non debetur laudemium, asserendo quod tempus vij. annorum est modicum tempus de eadem meminit idem Iacob. Marquel. in v. fatic. si quis suum feudum folio 106. colum. iij. in versicu. contrarium et Ioannes de Succarra. in commemo. Petr. Albert. capitu. eodem in fin. quæ quidem consuetudo erat tenoris sequentis. Ex consuetudine appro-

bata & vsu est Barcinonæ si quis alienauerit rem siue honores quos ab alio tenet vel vendiderit ad certum tempus cum instrumento vel sine instrumento pro certa quantitate quod non oportet querere vel habere firmam siue consensum domini pro quo dicti tenentur honores ad septem annis inferius vel citra. Si verò ultra dictum tempus alienat vel impignorat, vel vendit, dominus potest habere laudemium pretij quod habetur & tenetur firmare instrumentum siue instrumenta dicti honoris illi qui dictos honores tenet. Alij tenent quod vsque ad quinque annos non habet dominus laudemium. Nota igitur, qualiter per dictam vsantiam Barcinonæ quæ hodie non habetur, sed seruatur quotidie abbreuiatur tempus à iure ciuili & canonico inductum super locationibus & aliis temporalibus alienationibus in hac patria, quæ iura ciuilia, & canonica permittunt alienationes temporales posse fieri ad nouennium sine consensu domini. Et quauis venditiones, & locationes non fiunt, nisi ad quinque annos, de frequenti vsu tamen credo quod iuxta mentem supra insertæ vsantiæ possunt fieri ad septennium. Sed Ioannes de Succarra. in loco supra allegato dicit locationes tantum posse fieri ad quinquennium. & ibi dicit quod in diebus Gerundæ possunt fieri vsque ad octo annos & si ultra hanc debetur laudemium in hac tamen ciuitate Barcinonæ istæ locationes rerum emphyteuticarum non fiunt ultra quinquennium putantes, quod ad maius tempus fieri non possunt. Ego vero puto t. iuxta vsantiam supra insertam posse fieri vsque ad septennium: tamen tutius est, quod non fiunt, nisi ad quinquennium. Sunt quidam, qui volentes effugere penam dictæ consuetudinis faciunt eodem instanti plures locationes ad quinque annos successiue vnā videlicet marito & aliam vxori vel filio sed hoc est prohibitu quia est species alienationis vt in clem. j. de rebus ecclesiæ non alien. nec obstat quod nulla excedat quinquennium quia ipsæ ambæ locationes æquipollent alienationi & sic quod vna via est prohibitum alia via non debet permitti vt in regula, quod vna via de regulis iuris & ita latius tenet Lapus allegatio. xij. et Boerius in suo tractatu

tractatu titu. de locato & iure emphyteuti. versicu. Item si quis locauerit fundum vel domum ad longum tempus de tribus in tribus annis dicens ibi quòd debetur laudemium per l. senatus s. si. ff. de donatio. causa mortis. & quòd dictum est supra quòd ex alienationibus ad decem annos & vl.

29 tractu de iure ciuili vel de iure municipalit vltra septennium debetur laudemium hoc ita intelligendum est, si per emphyteutam vel vassallum dominium vtile sibi competens transferatur nam vassallus vel emphyteuta retinendo expresse penes se, & suos vtile dominium quòd sibi competit, potest alienare fructus fundi, vel prædij emphyteuticarij ad longum, vel longissimū tempus: dummodo in tali alienatione, siue locatione sit expresse dictum, quòd non constituatur conductori seu acceptatori ius in re conducta, nec quòd in eum transeat vtile dominium, transferatur præter solam fructuum commoditatem, & perceptionem, ita tenet in terminis Felinus in c. quæ in ecclesiis extra de constitutionibus in sexta declaratione Bald. in eodem capitu. & imo. in capitu. ad audientiam. de rebus ecclesie non alienandis. & Bald. & Imo. in l. si domus. §. fina. ff. de lega. j. & in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. ij. Socinus in xj. regula in iij. Fallentia. Nec istud videtur fieri in fraudem prout dicit aliter tenens Bald. in l. Imperialem de prohibita feud. alien. per Federi. in princip. in tertio colum. quia (vt dicit Fel. in loco supra allegato) cessat fraus, ex quo expresse agitur, quòd non transeat vtile dominium nec ius constituatur in re acquiritori seu ac-

30 ceptatori: et sic non est alienatio, sed translatio solius commoditatis reseruato omni dominio. ita tenet in terminis Bartho. Ce. po. in tractatu cautelarum cautela 24. in verbo posset & dicit aliud consilium vbi hoc probat per multa iura & doctrinas tenet Boerius decisione 234. vbi hæc laus adducit bene facit l. necessario. §. fina. cum ibi notatis. ff. de pericul. & commodo rei venditæ. & l. cum manu facta. §. fin. ff. de contrahenda emptione & not. Bald. in l. fina. C. de iure emphyteutic. hanc eandem opinionem tenet Iaso. in d. l. nume. s. la. tius eam disputans vbi dicit quòd si simpliciter emphyteuta alienauit absque ex-

pressa retentione vtilis dominij quòd censetur alienasse tantum suas meliorationes cum retentione vtilis dominij & allegat Bald. id tenentem in l. j. C. si pignus pignori da. sit sed ibi Bald. loquitur in legante & non in emphyteuta pro opinione dicti Iasonis Mayni est text. in memo. Petr. Alber. Capitu. castellanus, siue feudatarius §. cæteras autē. vbi expresse dicitur, quòd illa alienatio in qua emphyteuta non retinet suum dominium est prohibita inuēns, quòd si emphyteuta retineat suum vtile dominium, non est alienatio idem tenet glo. in vfa. si quis suū feudum & Andreas de Isernia & Præpositus in libro feudorum, in l. imperialem. de prohibita feud. alienatione per Federicum. Ad hæc faciunt notata per Ioannem Bardachi. in suo tractatu de gabella in tertia parte octauæ partu. numero. 44. vbi dicit quod si stante statuto quod de quolibet contrahtu soluat gabella, intelligi debet de contrahtu translatio dominij, & non de contrahtu non translatio. Et est doctrina Baldi in l. vnum ex familiaria. ff. de lega. secundo & domini Alexan. de Imol. in l. ab emptione. ff. de pact. Petrus Dominicus de mssis peritissimus notarius Placentinus in suo formulario in frumentorum in rubrica de ficto & in rubrica de locato. ponit formam, qua locatio fit non solum ad longum, sed etiam ad longissimum tempus cum dicta reseruatione, & retentione vtilis dominij & cum hoc quòd non constituatur ius in re locata acceptatori et in theoria per cum ibi posita dicit posse fieri: quam formam ego redegi ad practicam Barcinonæ & est tenoris sequentis.

Forma locationis ad longum tempus.

Ego Franciscus N. à die præsentis, qua hoc præsens conficitur instrumentum ad viginti annos primò & continuè venturos & completos non tamen constituentis in re gratis, & de certa scientia per me & meos loco, & ex causa, siue titulo locationis concedo vobis Gulielmo T. & vestris & quibus volueritis per dictum tempus dictorum xx. annorum fructus fructuumque commoditatem & perceptionem illarum domorum cum introitus exitibus

exitibus, & omnibus iuribus, & pertinentiis suis, quas ego habeo et possideo in presenti ciuitate Barcinonæ in vico T. Et teno in emphyteulim per T. ecclesiam & sub dominio & alodio eiusdem ad censum annuū duodecim solidorum monetæ Barcinonæ, anno sollibet perpetuo soluentorum in festo beate Mariæ mensis Augusti, quem censum ego soluam &c. & spectant ad me prædictæ domus titulo meæ propriæ emptionis, quam inde feci à T. cum instrumento &c. hoc itaque logerium &c. sicut melius &c. Sub tali tamen pacto, & conditione, quòd vtile dominium dictarum domorum quod habeo in eisdem non trahat in vos imò expressè volo, & paciscor vobiscū, quòd sit & remaneat toto tempore dictorum xx. annorum penes me prout nunc est ante celebrationem presentis contractus, & quòd vobis non constitatur ius in eisdem per me vobis locatis: Et sic saluis pactis & conditionibus supradictis conuenio & promitto vobis quòd à prædictis per me vobis locatis ³³ iusticiam vos ratione maioris minoris vel confimilis mercedis &c. imò faciam vos prædicta tenere &c. & tenebor vobis de euitione &c. obligando &c. ad hæc ego Guilielmus T. &c. har acceptatio per conductorem sub expressa retentione & reite ratione pactorum prædictorum de non transferendo dominium nec constituendo ius in re, quibus expressè consentiat acceptator cætera suppleantur ex isto contractu de iuris veritate licet sit factum ad xx. annos nullum debetur laudemium. Miror autem quòd in presenti ciuitate, in qua sæpissime celebratur dictus contractus locationis nullus hucusq; aduertit ad formam supra positam cum sit notabilis, quamuis Mattheus de afflictis teneat contrarium in l. Imperialem. de prohibita feudi aliena. per Federi. nume. 61. Sed quaerunt prædicti ³² doctores quid si fiat venditio ad vitam alicuius hominis an ex tali venditione debetur laudemium, an non? Istam quaestionem mouet Marquel. in vfar. si quis iuum feudum fo. 119. colum. prima questione vj. & illam ante eum posuit Iacobi. de Monte Iudai. in eodem vfaric. & dicunt quòd aut talis alienatio censetur facta ad non modicum tempus, aut ad modicum primo casu dicunt laudemium deberi per iura, per eos

allagata secundo casu dicunt laudemium non deberi & vt sciatur an lit facta ad modicum tempus vel non modicum tempus dicunt vitam donatarij esse considerandam videlicet quantum viuiturus est secundum l. hereditatum. ff. ad l. falcidiam. & si homo ille cui donatur præsumitur viuiturus vltra modicum tempus debetur laudemium. & idem tenet Ioan. de Succarræ. in ca. cautum. in commemo. Petri Albert. in quaestione vidi tamen allegari. nu. 69. pa. 566.

Quintum præludium.

PRæmitto vltimo loco, quod de iure tam ciuili, quam municipali huius patriæ emptor seu acquirer debet & tenetur soluere laudemium vt in gloss. in l. fi. C. de iure emphy. in §. & ne auaritia & est quadam gloss. parua super verbo accipere qua dicitur à nouo emphyteuta & sic dicta gloss. qua omnes sequuntur doctores vult, quòd nouus emphyteuta seu acquirer teneatur soluere laudemium tenet etiam Salicet. in d. l. ii. C. de iure emphy. & ita seruatur ad bene facere quòd in simili voluit Bald. in l. si prædium in ij. colum. C. de ædilitatis actio. dicens ibi quod quando statutum non facit mentionem quis debeat soluere gabellam intelligitur quòd soluat acquirerens & non vendens per text. singularem in l. debet. circa finem. ff. de ædilitio edicti. & per ea qua dicit Bald. in rubri. C. de rebus creditis in ij. q. idem tenet Ludouicus Rom. suo singulari 582. & ita fuit decisum in Capella Tolosana decisione 451. & ibi gloss. & quòd acquirerens debeat soluere laudemium est tex. expressus in constitutione Reg. Petri tertij capit. ij. item ne super laudemio in fine ibi dicitur vero laudemium et ita etiam tenet Iaco. Marquel. in vfa. qui viderit. fol. 129. co. ij. & ibi Iacobus de Monte Iudai. & Thom. Mieres in dicta constitutione Item ne super laudemio fo. 154. col. i. & Iacobus de Calicio in vfaric. si quis iuum feudum fo. 91. in principi. & Ioan. de Succarræ. in commemora. Per. Albert. c. castellanus seu feudatarius pagi. 194. nu. 29. ibi enim dicit dum tamen ille in quem facta est alienatio soluat laudemium

aut foriscapium & Iaf. in l. f. C. de iure emphy. nu. 50. in x. q. & hoc est verissimū & nullus in hoc dubitat. Tamen in ciuitate

34 **J** Barcino. suburbii proximi & immediate contiguus hortis & vineto eiusdem est de directio totum contrarium quia venditor soluit & soluere tenetur dictum laudemium tertium seu foriscapium per legē sententię arbitralis latae per dominum R. Iaco. ij. & Episcopum Valentinum inter clerum & ciues Barcinonę super exsoluendis laudemii & per clausulas ab ea sumptas quę necessario debēt inferri in instrumentis venditionum aut excusari si casus fuerit qđ ecclesia succedat laico post prolationem dictę sententię arbitralis factę bene ca. 28. posium in priuileg. recognouerunt proceres. Item qđ ille qui vedit probatur etiam in prima vsantia ex vsantiis scriptis Barcino. incipien. si sunt in re tres domini & in nona vsantia incipien. Si vero venduntur domus ibi qui vendens facit complementum clerico domino alodiali & in xxi. vsantia incipi. si vero sunt in re tres vel quatuor domini. Et sic ex premissis restat bene probatum laudemium tertium seu foriscapium quę ius ciuile quinquagesimam appellat semper debere solui per emptorem aut acquirentem nisi in presenti ciuitate Barcinonę suburbii proximi & immediate contiguus & in hortis et vineto eiusdem in quibus venditor tenetur soluere. Sunt etiam nonnulla alia loca in quibus venditores soluunt & soluere tenentur ipsum laudemium per priuilegium

35 **C**onsuetudinem aut alijs & est verum in titulis onerosis quia in titulis lucratiuis solutio laudemii etiam in hac ciuitate suburbii hortis & vineto cedit acquirenti prout probatur infra in fine septimę cellulae et per tex. & ibi Bar. in l. j. C. de imponendis lucra. descriptio. lib. x. hęc sunt menti tenenda quia valde faciunt ad intelligēda ea quę infra dicuntur in materia primę principalis quęstionis. His igitur premissis nūc superest tractare primā principalē quęst.

Summa capita.

- 1 **L**audemium ex quouis contractu dominij translatio. aut dispositione deberi.
- 2 **L**audemium ex contractu lucratiuo non deberi.
- 3 **A**lienationis extremę.
- 4 **P**ossessionem in filium continuari.
- 5 **C**ontinuatō filij qui accipiēda.

- 6 **G**abellam non debet filius ex quo.
- 7 **A**liena in filios gabellam non deberi.
- 8 **G**abella quando ex contractu fratrum non debita.
- 9 **F**ilij dominium continuantes qui intelligendi.
- 10 **I**llegitimi quando emphyteusis successores.
- 11 **L**ucratiui tituli & laudemio immunes.
- 12 **L**audemium ex reali traditione deberi.
- 14 **L**audemium ex laudatione noua deberi.

Prima principalis quęstio.



Laudemium tertium seu foriscapium debeatur. Istam quęstionem mouet Io. de Succarra. in ca. cautum. in commento. Pet. Alber. Pa. 545. & 546. nu. 4. & 5. & aliis sequentibus & eam non prosequitur imo vnico verbo se expedies remittit se ad cōstitu. do. R. P. ij. c. ij. itē ne super laudemio curię Ceruarie & ad notata per Petri Jacobi in suis libellis tit. de actio. in re pro re emphyt. quę cecidit in cōmissum. Sed ego. ne rem intactam relinqua. hoc similiter breuiter expediens dico esse tenendum. & dicendum. qđ ex omni contractu alienationis. & ex omni actu ex quo dominiū transferitur de vno in aliū siue sit per contractum inter viuos. siue in vltima voluntate pura per contractū veditōnis permutationis. in solutū dationis. & per donationē inter viuos & ex causa mortis & per institutionem successiōnē ad intestato legatū. fidei cōmissum. & per quęcūq; aliū titulū alienationis siue onerosum siue lucratiuū vt in l. fin. C. de iure emphy. & in c. potuit extra de loca. & in cōstitu. siue pragmatica do. R. P. j. quoniā digne regnat & in cōstitu. hęc est pax. §. nullus Christianus. & in sentētia arbitrali. lata inter clerū & ciues Barci. per do. R. Iac. & venerabilē ep̄m Valentini. & in duob; priuilegijs infra insertis. et in cōsti. R. Pet. ij. c. ij. Itē ne sup laudemio. & in vsa. si qđ suū feud. & in c. cautū. in cōme. Pet. Alber. & in cōsuetudine gnali Catalonię infra inserta. incipiētū tria sunt iura. quā aliqui dicunt esse vnā ex vsantijs ciuitatis & dicees. Gerunda. & in pluribus vsantijs scriptis Barcinonę. Et hoc verū est. saltē de iure municipali hui; principatus Catalonię: licet de iure ciuili. vt dicit dict; Pet. Iac. loco supra alleg. nō debeatur laudemium. qđ dominiū transit ex solo titulo ipso iure siue factio hominis. & exp̄plicat in institutione legato. & in donatione cā mortis. & in veditōne. & dona

& donacione facta ecclesie & ciuitati. Sed
 dic quod ex omnibus prædictis titulis de
 iure huius patriæ debetur laudemio ter-
 tium, seu foriscapium, nisi quando prædictū
 feudale vel emphyteuticarium titulo in-
 stitutions, legato, substitutionis, seu fidei-
 commissi, aut alio quocunque titulo lucra-
 tivo transit de patre in filium nepotē, aut
 alium descendente per rectam lineam vel
 e contra tex. est in cōmemo. Pet. Alber. c. li
 aliquis habet hominē siue vasallū in fi. &
 in cōstitū. Regis Pet. ij. c. iij. Item ne sup
 laudemio: quia tūc non debetur dictū lau-
 demium cum inter eos non fiat alienatio.
 Sed dominij continuatio, vt in l. in suis. ff.
 de libe. & posthu. & in l. siue possidetis. C.
 de probacioni. secundum Bal. filij enim, vi-
 uo patre quodammodo dominij existimā-
 tur: quia fictione iuris ciuilius persona pa-
 tris & persona filij sunt & reputatur vna,
 & eadē persona, vt in l. fi. C. de impube. &
 alijs subtit. in §. ei verō qui. institū. de in-
 utilib. stipu. & Barto. in l. ex facto. la grā.
 de. ff. de vulga. & pupilla. concor. glof. in
 c. super eo. extra de testi. & glof. in c. tua
 nobis super verb. luero. extra de decimis
 & inde dicitur, q̄ pater est caput filij qui
 nō dicitur integrā persona & alienatio est
 actus per quam dominium trāsfertur de
 vno in alium, vt C. de fundo dotali. l. j. & C.
 de rebz alien. non alienan. l. fina. & sic est
 vnum t̄ quid, quod requirit duo extrema,
 scilicet dantis, & recipientis, seu alienantis
 & acquirentis, & cum pater, & filius per
 dictam fictionem non sint, nisi vnum ex-
 tremum, ergo inter eos non fit alienatio:
 sed domini continuatio, & ita latius tenet
 Iaco. Marquel. In vsa. si quis suum feudū.
 fo. cix. coll. j. & las. in dicta l. fin. C. de iure
 emphyteutico. nume. xj. & idem las. in l.
 quortes. C. de rei vendi. nume. xxxij. dicit,
 quod in feudis filius, viuo patre, intelligi-
 tur institutus ac etiam t̄ possidere, & sic
 continuatur in eum possessio siue aliqua
 inuestitura, & dicit Bal. in l. cum antiquo-
 ribus. x. questio. C. de iure delibet. quod
 filius, viuo patre possidere censetur & idē
 Bald. in cap. j. in tit. de controuer. inter ma-
 feulum & foemi. dicit filij magis venire
 continuatiue quā ad adeptionem nouæ
 possessionis. & idem Bald. in c. Obertus.
 in §. scien dum. in glo. si. num. v. dicit, q̄ fi-
 lius succedendo patri in feudo non acqui-

rit feudum, sed iam quasitum capit. & gl.
 in dicta l. in suis. supra allegata vult quod
 possessio nedum dominium in filium cō-
 tinuetur ad minus quo ad habitū seu habi-
 tualem qualitatem quāuis non quo ad ac-
 ctualem effectū cum possessio sit facti, &
 desinat esse cum defuncto iudic. Bald. in
 dicto c. in titu. de controuer. inter masculū
 & foem. subtiliter sentire videt, dū dicit il-
 lā t̄ continuacionem intelligi, in qualitate
 non in substantia possessionis, quali dicit
 possessio in sui substantia non continua-
 tur in filium, sed qualitas habitualis, quæ
 facit, vt pro possessore habeatur, & con-
 tinuari intelligitur. Et quāuis dicta pos-
 sessio sit facta, & imaginaria tantū opera-
 tur, q̄ filius possidet, id est, possessionis,
 vel quasi cōmodo gaudeat, & sic si statu-
 to caueat t̄ q̄ de qualibet acquisitione sol-
 uatur gabella, si filius est hæres institutus,
 aut nepos nullā gabellā soluere debet, vt
 est casus. in l. j. C. de imponē. lucra. descri-
 lib. x. & ita tenent ibi Bart. Bald. & Ange.
 & ratio est, quia venit continuatiue, & dī-
 citur continuare hereditatē sibi debitam
 iure natura, vt in l. cum ratio. in princ. ff. de
 bon. damna. not. glo. & Bald. in l. iij. C. de
 iur. & facti igno. & Ange. Aret. Instit. de
 hæredū quali. §. hæres. nu. iij. Et posito,
 q̄ de patre in filij nepotē t̄ vel aliū descen-
 tem fiat & dicatur fieri alienatio non ex ea,
 debetur laudemij iuxta cōme. Pet. Alber.
 c. Item vasallus debet. §. xij. s̄m ratio-
 nem ibi positam, & mentē dicti laso. loco
 supra allegato proximē. Secus esset si titu.
 oneroso fieret trāslatio de patre in filij &
 a contrario: quia tūc debetur laudemij ter-
 tiū seu foriscapium dño de quo est hodie
 tex. expressus in cōsti. dñi R. Pet. ij. c. iij.
 item ne sup laudemio debetur etiā gabel-
 la, si statutū dicat, q̄ de quolibet cōtractu
 debeat solui gabella Bart. in l. j. C. de impo-
 nen. lucra. descriptio. li. x. Fallit enā quan-
 do t̄ prædictū feudale, vel emphyteuticariū
 transit de fratre in fratrem iudicio patris tes-
 tatoris, scilicet, p̄ substitutionē vinculū,
 aut fidei cōmissum: quia tunc nō debetur
 dño laudemij tertij, seu foriscapium, nec
 eorū medietas quibus possit dici, q̄ sit hæ-
 ritas fratris delati i alij fratere ad min⁹ quo
 ad legitimā & quartā Trebellianicā: quia
 etiā quo ad ipsas quartas nō debetur lau-
 demium dño: ita tenet Iacob. Marquel. in

vfa. si quis suum feudum. hoc idem tenet
 Guill. de Vellelic. in eo. vfa. fol. lxxxvij.
 col. iij. in fine per text. dicta constituti. dñi
 Regis Pe. iij. c. iij. item ne super laudemio
 §. si autem ipsum feudū ibi substitutionis
 hoc idē tenet & sequit lo. de Succarra. in
 cōmemo. Pet. Albert. c. cautum. & ita se
 habet confutendo die præfenti. quæ sicut
 lex est seruanda. vt in l. iij. §. diuus. in fine.
 ff. de sepul. violato. & C. de emancipa. lib.
 1. j. & fin. de diuer. offic. l. viros. lib. xij. Et
 hoc ¶ verū intelligendū est in filiis legiti-
 mis. & naturalibus non autem in illegiti-
 me natis. nam illegitimi non succedunt in
 emphyteusi. ita voluit Bald. in l. generali-
 ter. §. cum autē. C. de instit. & subiti. & idē
 in c. quæ in ecclesiarū. de constitu. Alexā.
 in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebe.
 & in l. si pepererit. ff. de liber. & posthu. et
 late per las. in dicta. l. generaliter. §. cū autē.
 & latissimē per doctores. in cap. naturales
 titu. si de feudo fuerit contro. in vltibus feu-
 dorū. vbi Matthæus de Afflic. nisi essent
 ¶ legitimati ad feuda & emphyteusim p
 habentem autoritatē faciendi talem legiti-
 mationem. vt notant doctores in dicto ca.
 naturales tñ in ciuitate de dicecelsi Gerun-
 da spuris rem emphyteuticariā capere
 potest. si ei per patrem relinquatur iuxta
 vsantiā. quæ ibi est tenoris sequentis. item
 seruatur. q̄ si filius spuris habet rem em-
 phyteuticariam ex donatione parentū. vel
 ex legato vel alio simili titulo. dñs p quo
 tenetur tenetū. vel laudemium nō habet &
 iuxta tenorē dictæ vsantiæ spuris in ijs ha-
 bent ius legitimorū. Fallit etiam in extra-
 neis personis. in ciuitate Barcin. suburbij
 proximis. & immediatē cōtiguīs ita omni-
 bus personis tam ciuibus & habitatorib⁹
 quā extraneis fallit etiā in hortis ¶ & vi-
 neto eiusdem ciuitatis. qñ huiusmodi titu-
 li lucratii sunt inter ciues. & habitatores
 Barcinonæ: quia tñ non debetur laudem-
 mium per primū. c. priuilegij nūcupati re
 cognouerunt proceres & per sententiā ar-
 bitralem inter clerum. & ciues Barcino.
 super solutione laudemiorum latā ibi de
 quib⁹ recipi laudemium cōsuevit forenses
 verō. et q̄ nō sunt ciues & habitatores Bar-
 cinonæ. si succedant in aliquo prædio de
 allodio ecclesiæ existenti in hortis & vine-
 to dicto titulo lucratiuo tenentur soluere

medium tertium. & medium laudemium
 prout infra latius dicitur in sexta cellula.
 nec gaudent ipsi forenses beneficio ipsius
 priuilegij: recognouerūt proceres. prout
 probatur in dicta sententiā arbitrali lata p
 dominum Regem Iacob. ij. & venerabilē
 Episcopum Valentinum Anno M. cccx.
 super solutione laudemiorū: quod est no-
 tandum. Si verō ipsi forenses succedant
 ¶ in aliquo prædio. quod sit de allodio las
 cali dicto titulo lucratiuo tñ ex huiusmo-
 di titulis lucratius solunt. & soluere ten-
 entur vnū solidū pro qualibet libra to-
 tius valoris rei tantū prout hic latius in sex-
 ta cellula declarabitur. Item debet domi-
 no laudemium. quando res emphyteutica
 ¶ ria ¶ realiter impignoratur. aut obligatur
 cum reali traditione ipsius rei emphyteuti-
 caria: quia tunc debetur dño mediū laude-
 mium. siue mediū tertium. seu forscapiū.
 vt in consuetudine generali Catalonia in-
 fra inserta incipien. tria sunt iura & c. & in
 constitutione generali. Item ne super lau-
 demio dñi Regis P. iij. c. iij. in pragmat-
 ca siue priuilegio Regis Petri primi. quo-
 niam dignē regnat. licet in feudis sit hodie
 vicesima pars eius quantitatis. pro qua
 impignoratur. vt in dicta constit. Item ne
 super laudemio in rebus verō emphyteu-
 est medietas illius quantitatis. quæ solue-
 retur pro alienatione perpetua onerosa iux-
 ta consuetudinē generalem infra insertā.
 & alia infra latius dicenda in octaua cel-
 lula. Item debetur ¶ domino laudemium
 quando instrumenta realia facta de ipsa
 re emphyteuticaria sunt deperdita. & est
 impossibilis illorum exhibitio & emphy-
 teuta petit sibi fieri nouam laudationem.
 quæ altās in genere foeminino dicit̄ pre-
 caria. quam dominus facere tenetur vt tenet
 lason. in l. fina. C. de iure emphyteuti.
 numero trigésimosecundo. & dixi & pro-
 bavi in libello quem capi. breuiandi sty-
 lum nominavi: quia tunc domino debet
 dari vna quinquagesima. vt est tex. in d.
 l. fina. C. de iure emphyteutico. & ita tenet
 sibi lason numero trigésimotertio. De iure
 verō Catalonia in dicto casu dantur no-
 uem solidi ex quadam antiquissima. &
 multum frequentata consuetudine cui si-
 ne cōtradictione ab omnibus statur saltē
 in hac ciuitate & dicecelsi Barcinonæ.

Summa capita.

1. Laudemij quantitas secundum pactum prestanda, fallit numero. 1.
2. Laudemia secundum consuetudinem debita.
3. Municipale ius, cessante pacto, seruari.
4. Consuetudo in Laudemij seruanda. 9.
5. Consuetudo multiplex.
6. Tertium cuiusque debitum.
7. Medium tertium quid.
8. Consuetudo quatenus restricta. et. 11.
9. Tertiorum genera. et. 13. 17.
10. Laudemiorum solutio an pacto mutabilis.
11. Tertium autem quid. 23.
12. Tertiorum nullum discrimen. 30. 24.
13. Laudemiam quanto ab extraneo soluendam.
14. Empyor cui et quantum Laudemium debet.
15. Tertium autem quando nonsoluendum.
16. Laudemia quando secundum consuetudinem soluenda.
17. Medium tertium quanti sit. et. 26.
18. Consuetudinis Laudemiorum explicatio.
19. Ordinis effectus.



IS ita praeiudicis, restat videre, quanta sit quantitas, quae pro laudemio tertio, seu forficatio debeatur in calibus supra expressis, & certe ad intelligendum hoc, est dicendum quod primo est recurrendum ad pacta & conuentiones contrahentium in contractu emphyteutico appositae, pacta enim facta inter dominum & emphyteutam super ipsa laudemiorum solutione sunt seruanda. vt in l. prima. in princi. ff. de pac. & in l. iurifigentium § praetor ait. eodem tit. & l. ij. § si. C. de iure emphyteutico. et cap. j. extra de pac. & ijs similibus & maxime in contractu emphyteutico, vt in dictis legibus. ij. & si. supra proximè allegatis. & in text. in cap. Item vasallus debet in §. item quandocumque contentio in comemoratio. Pet. Alber. ibi verba & conuentiones, & ita tenet Abbas Panor. in cap. j. extra de feudis & in c. potuit. extra de loc. & Baldus. in fine. l. fina. C. de iure emphyteutico. hoc fallit in ciuitate Barcinonae suburbijs proximis & immediate contigujs ac in hortis & vineo eiusdem in alodij laicalibus in quibus necessario est ponenda clausula decimi, vt infra latius probabitur, in secunda cellula quae quidem clausu

la decimi semper intelligit in alodij laicalibus, si non exprimitur. Praedictis enim pactis & conuentionibus non existibus tunc recurrendum est ad consuetudines et vsantias locorum, & seruandus est mos vniuersiusque regionis nam in materia feudorum & emphyteutis procedit secundum diuersas locorum consuetudines regionis ita tenet Ioannes de Succarra. in commemora. Petri Alber. ca. cautum. pag. 54. num. 9. & Iacob. Marquel. in vsat. si quis suum feudum. fo. cxix. colum. ij. & est text. in vsibus feudorum titu. de feudi cogniti. ca. Obertus de orto. facit bene confitō domini Regis Caroli nunc feliciter regnantis in curia celebrata Barcinonae Anno M. ccccxx. capi. Item cum moltes vegades, & tex. in dicto cap. cautum. in commemo. ra. Pet. Alber. Guido Papae decisio. lib. & Hostien. in summa & feudis. vers. apud quae quia in feudis & emphy. consuetudo admittit cōtra cōsuetudines feudales tenet Guido papa decis. ccxcvij. & Io. Faber. Instit. de rerum diuisione. in princi. & in authen. Ingressi. C. de sacro sancti. eccle. & in l. domini praediorum. C. de agricolis, & censit. libro vndecimo. & Bald. in authen. in quas ruinas. C. de sacro sancti. eccle. sijs. & Ange. institu. de loca. §. adeo. in gl. auferre. & Boerius. in consuetudi. Bituri. in titu. de confluet. feu. & censua. §. primo.

4. Praedictis pactis, & conuentionibus ac etiam consuetudinibus locorum non existentibus recurrendum est primo ad ius municipale huius patriae Cataloniae quia quod diu iudicare possumus per iura huius patriae non est recurrendum ad iura extranea, vt in constituto. Regis Ferdinandi c. xvj. per tal quae leys, & in constitutione Reginae Mariae capit. assats es cosa rediculosa, & Mieres ibi & in constituto. Regis Martini capit. item senyor quels canceller & p alia iura ibi per eū allegata, & ita tenet Iacobus Marquel. in vsat. iudicia curiae. At praedicto iure municipali huius principatus Cataloniae non disponēte ad canonica & ciuilia iura est recurrendum ita voluit & statuit dominus Rex Petrus tertius per suam pragmaticam datam Barcinonae. xxij. Februarij M. ccc. secundum quae iura, scilicet ciuilia & canonica quanta sit quantitas videatis, in l. fina. C. de iure emphyteutico videatis etiam Specu.

in titu. de loca. § nunc aliqua per ver. si. si. miles ibi, & institui. eodem titu. § adeo. & ibi communiter doctores & Iaf. in dicta l. fina. per totam eius lectionem. Sed quia ea, quæ dicta sunt supra nimis generalia esse videntur & intentum meum esse declarare quid sit in ciuitate Barcinonæ, & in eius suburbijis proximis, & immediate contiguis ac in hortis, & vineo eiusdem ciuitatis. in quibus locis disponit sententia arbitralis lata sup. solutione laudemiorū inter clericum & ciues Barcinonæ per dominum Regem Iacob. & episcopum Valentiniū & priuilegium Regis Petri secundi infra insertum, & alia iura municipalia de quibus infra ideo arbitror bene facere ponere hic & inferere quandam notoriam, & vulgarissimam consuetudinem à doctores practicas commemoratam, quæ ab antiquo fuit & nunc est in principatu Cataloniae saltem à lupricato citrà, scilicet versus Orientem quæ quidem consuetudo antequam esset facta constitutio Regis Petri tertij incipien. Item ne super laudemio etiam seruabatur in feudis sicut nunc seruatur in rebus emphyteuticarijs: ita tenet Guil. de Vallelic. in v. si. quis suum feudum. circa medium quam consuetudinem posuit Iaco. Marquel. in dicta glo. si quis suum feudū. & sequen. in quaestione, quæ incipit quero quarto qualiter tertium iure laudemium extra ciuitatem Barcinonæ & eius territorij solui debeat, vbi inserit dictam consuetudinem asserens eam seruari in Catalonia, quæ est à flumine Lupricati citrà scilicet versus Orientem cuius consuetudinis tenor talis est.

Consuetudo antiqua.

- 6 **T**ria sunt iura & consuetudinaria in Catalonia, quæ est à Lupricato citrà quæ pertinent dominis. Primum & us est tertium, & pertinet eis quoniam res, quæ pro domino tenent venditur. Et dicitur tertium, quod si antequam fiat venditio emphyteuta conueniat cum domino si res valet cent. ducatos. debet habere centum scilicet tertium. Si autem sit facta venditio domino habet medietatem de toto eo, quod habuit de re. Item est secundum ius, scilicet, medium tertium, & medium laudemium, & pertinet domino quoniam res donatur, legatur, permutatur vel aliter alienatur pecunia non interueniente: quia si interueniret tunc competere tertium.
- 8 Est medium tertium, & medietas directi tertij

& medietas laudemij directi est medium laudemium. Item habemus laudemium, & pertinet domino quoniam res quæ pro domino tenet obligatur alieui, & est laudemium de solido duo denarii, quia consuetum est, quod de centum solidis pro quibus res sit obligata non habet dominus nisi decem solidos. Hanc eandem consuetudinem ponit de verbo ad verbum dominus Thomas Mieres in expositione costium. domini Re. P. iij. c. iij. Item ne super laudemio. fo. 155. col. 1. dicens ibi, quod dicta consuetudo est vna ex vstantijs ciuitatis Gerundæ, & quod dicta costium. Item, ne super laudemio seruatur in solutione laudemiorum proueniens ex alienatione rerum feudaliū repulsa supra inserta consuetudine, quæ adhuc seruatur in solutione laudemiorum proueniens ex alienatione rerum emphyteuticariarum & est verum quod dicta consuetudo seruatur hodie circa solutionem laudemiorum rerum emphyteuticariarum & quotidie video in practica quod laudemia in feudis soluntur iuxta dispositionem dictæ constitutionis R. Pe. iij. c. iij. item ne super laudemio, & in solutione laudemiorum & foris capiorum proueniens ex rebus emphyteuticarijs extra ciuitatem hortos & vinea seruatur supra inserta antiqua consuetudo. Eodem modo lo. de Succ. doctor practicus in com. Pet. Alb. c. cautus. pag. 146. nu. 6. inferendo ibi verba dictæ consuetudinis etiam de verbo ad verbum. dicit, quod dicta consuetudo est vna ex vstantijs Gerundæ, & quod ipse eam habuit à libro Antonij Agullana legum doctoris Gerundæ, & quod seruatur in toto Cataloniae principatu à Lupricato citrà, scilicet, versus Orientem, & licet dicta consuetudo sit scripta inter vstantias Gerundæ in ipsa non est magis vstantia Gerundæ quam Barcinonæ. Vici, & aliorum locorum quod probatur per verba ipsius consuetudinis. in principio. ibi in Catalonia, quæ est à Lupricato citrà. De prædicta etiam consuetudine facit mentionem Guillelmus de Vallelic. In vstantia. si quis suum feudum & Io. de Succarra. c. cautum. in fi. pag. 546. nu. 6. dicentes ibi, quod olim de consuetudine antiqua loquendo de supra inserta consuetudine ex tit. lucratiuo in feudis soluebant quatuor solidi et quatuor denarii. Sed postea dicta consuetudo fuit correctæ quo ad feuda per costium. R. P. iij. in c. Item ne super laudemio : & quod dicit Guil. de Vallelic. & Io. de Succ. loquuntur de dicta consue

- consuetudine est verum: quia computant secundum eam & eius mentem. Idem tenet, & eodem modo cōputat Iaco. de Fario. iurii doctor, qui fuit procurator feudorum curiæ baiuliæ generalis Cataloniae in sua expositione facta ad commemorationes Pet. Alber. c. qualiter dominus potest petere laudemium. Quo verò ad emphyteuses dicta consuetudo non fuit recepta, & sic remanet in suo valore dicta antiqua consuetudo: est ista veritas: et ita video tota die practicari. Quae quidē cōsuetudo siue vñtātia tres habet partes, & prima pars etiam duas habet partes per quā consuetudinem clarē patet, qualiter extrā ciuitatem Barcinonae suburbia proxima & immediatē contigua hortos, & vineum eiusdem ciuitatis ex venditionibus & alijs onerosis acquisitionibus, & qualiter extrā ciuitatis lucratius, & qualiter ex realibus impignorationibus siue obligationibus cum reali & actuali traditione possessionis per actum corporeum laudemia tertia seu forisceptia solui debeant dominis, pro quibus res ipse quae alienantur tenentur in emphyteulim cum in feudis, vt supra dictū est sit aliud. Ex quo quidem consuetudine siue vñtātia arbitror esse orta illa duo laudemiorum nomina de quibus loquitur Iacob. Marquel. in vñ. si quis baiulia quorum vnum tertium ¶ directum siue simplex dicimus, aliud vero tertium auant, siue rigorosum appellamus, quae licet diuersa habeant nomina, quae rerum diuersitatem arguunt. vt in l. si idem. C. de codicillis & in l. falsi. ff. ad l. Corne. de fals. & Bald. in rubri. de nouo Codice componendo. vbi dicit, quod ex diuersitate nominum praesumitur diuersitas corporum. De diuersitate autē nominis habentur plura in glo. in extrāuaganti cōmuni execrabilis. de praeben. & digni. in verbo personatus tamen in effectu idem sunt, & effectua liter vnum ab altero non differt nisi ipso nomine & ita potest comprehendi ex tenore supra insertae cōsuetudinis quomodo dictus Succarratis vñam ex vñtātijs Gerundae esse dicit, quae vt nostri doctores supra allegati tenent in locis supra allegatis seruatur in Catalonia à Iupricato citra vt supra est dictum etiam in vicaria Barcinonae vt in sententia arbitrari in praefationibus eisdem ibi praefatis autem per-
- 13 sonis ecclesiasticis. Tunc enim dicimus esse tertium directum ¶ siue simplex quando antequam sit facta venditio per emphyteutam cōuentum est cum domino vt pro ipso tertio rei emphyteuticariae detur ipsi domino tertia pars veri valoris rei & ita dicit dicta consuetudo siue vñtātia in prima eius parre. ibi si antequam fiat venditio & iste intellectus videtur approbatus per tex. confitu. R. Pet. iij. c. iij. Item ne su per laudemio curiæ Ceruariae in fine ibi. si tous altres entre ells non era fer: quasi dicit, quod licet regulariter onus soluendi laudemium ¶ cedat emptori, tamen per pactum hoc immutari potest, & ita tenet Ioan. de Succarra. in cap. cautum in commento. Pet. Alber. dicens ibi, quod à natura siue substantia feudi & emphyteusis pactum recedi potest. Tenent etiam Bal. & Praepositus in vñb. feudorum in ca. primo de feudo non habente propriam feudi naturam facit l. pacifici ff. de pact. & tex. in dicto cap. primo de feudo non habente propriam feudi naturam. Et tunc dicimus esse tertium auant siue rigorosum quando emphyteuta antequam cōueniat cum domino suo super laudemio soluendo venditionem cum emptore per adhibitionem vtriusq; cōsensus celebravit. Et propterea dicit dicta consuetudo in secunda parte primae partis si autem sit facta dicta venditio dominus habet medietatem, scilicet tertium ¶ auant, quae est medietas pretij quod datur venditori & habet illud ab emptore. Quae quidem duo tertia scilicet directum, & auant, qualiter debeant computari videatis Iacob. Marquel. in vñ. si quis baiulia. vbi latius haec declarantur. Et licet multi inter dicta tertia siue forisceptum maximam faciant differentiam ego tamen iterum ¶ dico effectualiter vnum ab alio nihil differre in quantitate soluenda, imò semper sunt vnum & idem, scilicet, tertia pars veri valoris rei emphyteuticariae quae venditur, vel alio titulo oneroso alienatur, quae quidem tertia pars valoris rei, quando soluitur per venditorē quod cōtingit, quando ille, qui non est ciuis, & habitator Barcinonae habens rem emphyteuticaria in hortos, & vineum vendit illam dicitur ¶ tertium directum siue simplex. quando verò soluitur per emptorem quod cōtingit quando extra hortos & vineum

Barcinonæ. celebratur venditio antequam per emphyteutam sit conuentum cum domino super laudemio soluendo dicitur auant. Et vt hæc clarius intelligantur pono, quòd aliquis, qui non est ciuis nec habitator Barcinonæ habet rem emphyteuticariam intra hortos & vinetum Barcinonæ vbi solutio laudemij pertinet ad venditorem vult vendere rem ipsam cuius verus valor est sexaginta libræ monetæ Barcinonæ certè tunc venditor ipse rem illam non dabit nisi pro iusto valore scilicet,

18 ¶ pro prædictis sexaginta libris ex quibus dabit pro laudemio domino allodiali tertiam partem scilicet, viginti libras: forenses enim & extranei habentes honores, & possessiones, ac censalia morabatorum in hortis & vineto Barcinonæ de alodio ecclesiæ illa vendentes tenentur soluere tertiam partem pretij pro laudemio ipsi domino allodiali, quamuis ciues & habitatores Barcin. habentes ibidem prædia, & honores de dicto alodio ecclesiæ & illa vendentes non soluant nisi quantum aut ipsius quinti tertiam partem domino allodiali & sic ex re, quæ est valoris sexaginta librarum dominus allodialis habebit, si solus est supra emphyteutam pro laudemio ab ipso venditore viginti libras, quæ sunt tertia pars directæ & simplex dictarum sexaginta librarum & penes ipsum venditorem remanebunt quadraginta libræ. Sed eodem themate retento ponamus quòd sumus in loco vbi emptori cedit onus soluendi laudemium prout est communiter in omni loco extra ciuitatē hortos & vinetum Barcinonæ de iure ciuili & municipali vt est supra dictum & probatum in vltimo præludio, certum est,

19 quòd tunc emptor, si res valet sexaginta libras si est sanæ mentis pro ipsa re non dabit nisi quadraginta libras venditori, ex eo quia scit, quòd vltra dictas quadraginta libras, quas soluturus est venditori, est etiam daturus & soluturus domino directo & allodiali vnum tertium auant scilicet viginti libras, quæ sunt medietas eius quantitatis quæ data est venditori: & sic res sibi costabit sexaginta libras, prout est eius verus valor venditor enim de dictis quadraginta libris poterit esse contentus: quia si sibi cederet onus soluendi laudemium de iusto valore sibi amplius non remane-

rent nec me mouet quòd aliquando res venduntur forsan minori pretio, quam res valent: quia hoc non mutat per me superius dicta, & declarata & ita in solutione gaellarum nam videtur quòd dominus propter onus gabellarum locauit minori pensionem ita voluit Barto. in lege interdum §. quoties. ff. de publi. Et sic ex prædictis patet satis aperte qualiter tertium directum siue ¶ simplex & tertium auant sunt vnum, & idem scilicet, tertia pars veri valoris rei emphyteuticariæ quæ venditur aut alio titulo oneroso alienatur & nõ vltra & has considerationes & computationes debent facere cauti & experti negotiatores. Et qui hæc bene volunt intelligere: & si hæc non prouident & non ponderant facile decipientur: & malum & damnum, quod inde habebunt patienter ferre debent. damnum de regul. iuris in vj. nam imputet sibi qui sibi ipsi damno fuerit. l. quod quis. ff. de regulis iuris. credo enim quòd isti non iuuabuntur beneficio. l. secundæ. C. de rescinden. vendi. Et aduertite quòd dictum tertium ¶ auant, non soluit, nec solui debet, nisi in contractibus onerosis, & non in alienationibus lucratuis, & ita potest intelligi ex supra inserta consuetudine antiqua quæ tertia pars cum soluitur per venditorem dicitur tertium directum, siue simplex cum verò soluitur per emptorem dicitur tertium auant, siue rigorosum, & hoc innunt clarè & aperte verba dictæ antiquæ consuetudinis, vbi dicit, quod si antequam fiat venditio, emphyteuta conueniat cum domino, si res valet ecc. iusto, subaudi, valore, dominus debet habere c. quod est tertium directum, siue simplex de ecc. libris & tunc sumus in casu, in quo venditor de pretio, quod habet tenetur soluere laudemium prout sunt dicti forenses, & extranei habentes prædia, & honores in hortis & vineto Barcinonæ de alodio ecclesiæ illa vendentes, ¶ qui non soluant iuxta legem sententiæ arbitralis lata super solutione laudemiorum sed soluant et soluere tenentur iuxta dictam antiquam consuetudinem supra insertam. & vbi dicta consuetudo siue vsantia dicit si autem sit facta venditio absque eo, quod emphyteuta prius conueniat cum domino super ipso laudemio soluendo, quòd ipse dominus habeat, subaudi, ab emptore p laudemio medietatem

tatē de toto eo, quod habuit de re, subau-
 di, veditur, id est, quod in supradicto pro-
 ximo casu emptor debet dare domino al-
 lodiali tantam quantitatem vltra pretium,
 quae sit medietas eius quantitatis, quam de-
 dit venditori in pretij. & tunc dicitur
 23 tertium auant. & per hanc arbitror praemis-
 sa bene remanere declarata cuilibet etiam
 mediocriter erudito quod tertium dire-
 ctum, & tertium auant, sunt vnum & idē,
 scilicet tertia pars iusti valoris, rei emphy-
 teuticarum, quae veditur vel aliis titulo one-
 roso alienatur: sed habent diuersa nomina
 secundum diuersas computationes et vnū
 24 † & eundem effectum producut & sic ser-
 uatur in practica, et sepius praedicari vi-
 deo super ipsa laudemiorum solutione si-
 ne alicuius contradictione, & recolligen-
 do praedicta patet ex tenore dictae consue-
 tudinis generalis siue vsantia, qualiter lau-
 demia solui debeant ex venditionibus &
 aliis titulis onerosis puta tertia pars valo-
 ris rei vt in prima parte supra inserte vsan-
 tia siue consuetudinis & qualiter ex dona-
 tionibus, & aliis titulis lucratiuis medium
 25 tertium † & medium laudemium, quae in-
 ter ambo sunt quatuor solidi et quatuor de-
 narij pro qualibet libra totius valoris rei
 ita tenet, & computat Gulielmus de Val-
 le lic. in vfa. si quis suum feudū fo. 89. col.
 j. circa medium ex qua computatione con-
 funditur aliquorum opinio qui ex titu. lu-
 cratiuo volunt quod soluatur medium ter-
 26 tium auant et medium laudemium † quod
 sunt sex solidi pro qualibet libra totius va-
 loris rei scilicet quinque solidi pro ipso me-
 dio tertio auant et vnus solidus pro medio
 laudemio quae opinio est erronea & con-
 tra veritatem per tex. eiusdem consuetudi-
 nis generalis ibi vbi dicit est medium ter-
 tium, medietas directi tertij. & hoc dixit
 27 dicta consuetudo timore, † ne aliquis cō-
 putaret tertium auant, in titulis lucratiuis:
 si ergo est medietas tertij directi nō est nec
 computari debet medietas tertij auant, &

qualiter ex specialibus obligatiōibus siue
 impignorationibus soluitur laudemium,
 scilicet, duo denarij pro quolibet solido,
 qui duo denarij pro quolibet solido sunt
 medietas eius quantitatis, quae solueretur
 pro tertio directo, & simplici ex titu. one-
 roso, & praemissa vera sunt in rebus em-
 phyteuticariis, licet in feudis ex titulo lu-
 cratiuo laudemium siue foriscapiū sit quar-
 tum auant: nam cum tertia pars pretij de-
 beat solui per emptorem vltra pretium ne-
 cessario sequitur, quod illa quantitas, quae sol-
 uitur pro laudemio siue tertio in feudis est
 vnum quartum auant, & ita in feudis com-
 putat Iacob. Marquel. in vfa. si quis bau-
 liam & probantur per constitutionem R.
 Pet. ij. c. ij. item ne super laudemio in cu-
 ria Ceruarum. & quamuis in dicta vsantia
 siue consuetudine supra inserta nihil videatur
 esse dictum seu statutum quando rē,
 quam pro alio in emphyteum teneo illā
 eandem in emphyteum concedo & est ca-
 sus in practica frequens & quotidianus
 ideo praedictum casum latius declarandum
 relinquo infra in noua cellula. et quoniam
 ista prima principalis quaestio plura ha-
 bet capita ideo in ea procedam ordinate:
 28 nam in scribendo & docendo † seruandus
 est ordo cum non sit perfecta cognitionis
 scire quid facias, & nescire quo ordine fa-
 cias vt dicit dominus Cardinalis Alexan.
 super rubric. decreti & iurisconsultus in l.
 nec quicquam in §. obseruare. ff. de officio
 proconsul. dicit quod ordo est seruandus
 eo maxime quia vbi non est ordo, ibi non
 deest consilio authent. de haereditibus &
 falcidia §. inordinatum. iuncta glos. Qua-
 re ponam in ea quandam figuram conti-
 nentem in se duodecim cellulas & in vna
 quaque cellula suum dictum siue regulam
 & postea ipsas regulas declarabo & pro-
 babo quibus declaratis tota nostra prima
 principalis quaestio remanebit expedita.
 Figura autem ipsa talis est vt sequitur.

Quantum laudemij debeant
emphyteuta.

¶ Prædium vrbatum quod tenetur ab ecclesia vel laico succedenti ecclesiæ præstat septimum pro laudemio.

¶ Prædium vrbatum quod tenetur à laico vel ecclesia succedenti layco præstat decimum pro laudemio.

¶ Prædium rusticum, quod tenetur ab ecclesia vel laico succedenti ecclesiæ præstat quintum pro laudemio.

¶ Prædium quod tenetur per ecclesiam & laicum communiter & pro indiuiso ecclesia pro sua parte recipit septimum in vrbano & quintum in rustico laicus in vtroque decimum pro laudemio.

¶ Emphyteuta forensis habens prædia intus ciuitatem & suburbia Barcino. nã soluit laudemium, sicut ciuis si intus hortos & vinetum præstat tertium directum si allodium est ecclesiæ si est laici præstat decimum.

¶ Ex titulo lucratio soluitur medium tertium, et medium laudemium de iusto valore rei.

¶ Ex speciali obligatiõe seu impignoratione debetur medium laudemium tertium, seu foriscapium.

¶ Ex concessione in emphyteusim in allodiis ecclesiæ ciuis semper præstat quartum rusticus aliquando quartum aliquando tertium in allodiis laicibus tam ciuis quam forensis præstat decimum.

¶ De venditione cū pacto de retrouendendo debetur medium tertium, seu foriscapium.

¶ Ex quarta precaria debentur nouem solidi.

¶ Laudemium duplicatum debetur si corporalis possessio recipiatur sine consensu, & laudamento domini.

PRAEDIVM VR-
banum, quod tenetur ab ecclesia vel
laico succedenti ecclesiae praestatur septimum pro
laudemio.

Summa capita.

- 1 *Septimum ex praedio urbano ecclesie soluat forensis.*
- 2 *Septima pars quarta sit.*
- 3 *Argu. i. contrar. sensu ualere quatenus receptum.*
- 4 *Extranei emphyteute an iure urbis censendi et 5.*
- 6 *Extranei an laudo continentur.*
- 7 *Extranei quantum laudemij pendant.*
- 8 *Laudemij solucendi forma.*
- 9 *Successorem iure successoris censeri 25.*
- 10 *Laicus ecclesie successor quantum capiat 12. 24.*
- 11 *Laudemium laicale quando sumat ecclesia. 13. 15.*
- 12 *Allodia quando allibrata.*
- 13 *Onus rei comes. 37.*
- 14 *Obligatio quem sequatur.*
- 15 *Sententia que capitis comes.*
- 16 *Cistercienses quorum an non decimas debeant.*
- 17 *Ecclesia quando soluat collectas.*
- 18 *Ecclesia qui soluere cogenda.*
- 19 *Septimum quando debeat habere laicus.*
- 20 *Argentarii iure quando censenda mulier.*
- 21 *Ecclesia cur carius uendat.*
- 22 *Religioni fauendum.*
- 23 *Laudemio laudo regulari.*
- 24 *Militis successor ad quid tenetur.*
- 25 *Ecclesia quando priuato regulanda.*
- 26 *Successores quando suo iure utantur. 44.*
- 27 *Viras quantas soluat successor.*
- 28 *Ecclesia successor quam et quando poenam uideat.*
- 29 *Dominus uenditurus id non demineat.*
- 30 *Emphyteute non nocet dominus uendens.*
- 31 *Ecclesiasticum immunc qui accipiendam.*
- 32 *Clericis laicisque in quo prouisum.*
- 33 *Laudemium quid.*
- 34 *Sententia arbitri quid continetur.*
- 35 *Laudemium ecclesie quantum.*
- 36 *Laudemium an hereditate diuisa debitum et 45.*

Prima cellula.



Aprio declaranda verba posita in prima cellula, & dico, quod omnia praedia urbana, que sunt intra ciuitatem Barcinonae suburbia proxima et immediate contigua, per quemcunque vendantur siue per ciuem,

& habitatorem Barcinonae siue per illum, qui est forensis, & penitus extraneus, etiam si fuerit habitator extra regnum semper de pretio dicti praedij urbani, quod tenetur ab ecclesia, seu ecclesiasticis personis & sub dominio & alodio ecclesiae vel laici ecclesiam representantis debet dari domino directo, pro laudemio septimum, id est, septima pars totius pretij, & hoc si ipse dominus alodialis, & directus, est solus supra emphyteutam vendentem, & hoc probatur per nouam vsantiam scripturae Barcinonae incipien. Si vero venduntur domus in prima parte eiusdem & in sententia arbitrari in principi. & in clausula septima ab ea sumpta. Quae quidem septima pars est duo solidi decem denarii vna pugellae & vnum septemum Pugellae ita, quod si pretium est septem librae monetae Barcinonae dominus alodialis & directus habebit viginti solidos pro laudemio: quod laudemium debet soluere venditor prout supra in preliudico finali dictum est. & quod intra ciuitatem Barcinonae suburbia proxima, & immediate contigua comprehenduntur tam forenses & extranei sicut ciues & habitatores Barcinonae probatur per sententiam arbitralem super solutione laudemij latam in ver. quod de venditionibus tibi in illis verbis in dicta ciuitate et est suburbis eidem ciuitati proximis, quae verba generalia sunt & generaliter prolata & ideo generaliter intelligenda ut in l. j. ff. de legatis praestandis contra tabu. bono. possessio pe. §. generaliter & in l. si seruitus. ff. de seruitutibus vrb. praedio. glo. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis. & Bal. in l. certi de hereditate vel actio. vend. C. et in l. de pretio. ff. de publiciana. vend. maxime, quia latatores dictae sententiae, si non omnes, sed ciues, & habitatores tantum dictae ciuitatis Barcinonae comprehendere voluissent expressè hoc dixissent, veluti fecerunt in eadem sententia vel declaratione in ver. in praesenti autem sententia, vel declaratione. in quo versu. nolentes comprehendere forenses, & extraneos in hortis, & vineo, posuerunt dictum versu. per quem etiam versu. probo, quod praedicta sententia in ciuitate Barcinonae & suburbis proximis & immediate contiguis loquitur generaliter inducendo ipsum ver. per argumentum a contrario sensu, quod in statutis etiam est valium

fidum. Ita voluit Bart. in l. omnes populi. ff. de pact. quod intelligendum est esse verum, nisi argumētum illud sumatur, quod statuentes incidere in pœnam gl. est vni- ca, & parum allegata in clemen. ex graui. Super verbo facere. de vsuris et secundum Ludouicum Roma. in lingu. cvij. de qua glo. Bal. facit magnum scitum: nam si lato res dicta sententia expressè dixerunt, q̄

4 T extranei, & forenses habentes honores, & censuralia emphyteuticaria in hortis, & vineto Barcinonæ non comprehenderen- tur in dicta sententia à contrario sensu vo- luertunt comprehendere eosdem habētes honores, & censuralia morabatnorum in ciuitate Barcinonæ & suburbiiis proximis, & immediatè contiguis cū exclusio vnius sit inclusio alterius & econtra, vt in l. cum prætor. de iudi. & in l. ait prætor. §. sed Pa- pinianus. de mino. ff. & l. si maritus in fi. ff. de procu. ergo est dicēdum, quod illi qui

5 T extra ciuitatem, & suburbia proxima ex- cluduntur intra ciuitatem includuntur, & sic se habet practica. & vsus omnibus notif- simus, ac vulgata consuetudo, quæ est opti- ma legum interpres vt in l. si de interpreta- tione. ff. de legi. & in c. cum dilectus extra de confue. & consuetudo ita vulgata & notoria vt lex seruanda est vt in l. ij. ff. de sepulchro violato §. diuus in fi. & c. de di- uersis offi. l. viros lib. xij. Ex præmissis igitur habeo mihi probatum, T q̄ dicta arbi- tralis sententia lata super laudemis in præ- senti ciuitate Barcinonæ & eius suburbiiis proximis & immediatè contiguis compre- hendit tam extraneos & forenses, q̄ ciues & habitatores Barcinonæ habentes ibi honores & censuralia emphyteuticaria. Sed in hortis, & vineto non amplectitur foren- ses, & extraneos sed solum, & duntaxat ciues & habitatores Barcinonæ, et vtilitas præmissorum in hoc consistit: quia si dicti extranei & forenses habentes honores & censuralia morabatnorum in hortis & vi- neto comprehenderentur in dicta sententiā arbitrari soluerent solum totius pretij aut quinti tertium sicut soluit ciues & ha- bitatores Barcinon. suis casibus. Sed quia

7 dicti extranei, & forenses non T compre- henduntur solunt, & soluere habent ter- tium directum, siue simplex pretij, seu va- soris proprietatis, quæ alienatur titulo one- roso, & medium tertium & medium lau-

demum quando sit alienatur titulo lucra- tivo. Sed ciues, & habitatores Barcinonæ ex titulo lucrativo neque in ciuitate & su- burbiis neque in hortis, & vineto soluunt, vt latius patebit & probabitur infra in ter- tia cellula vbi est proprius locus de hac materia.

8 ¶ Eodem modo T est soluendum laude- mium, quando prædium existens intra ci- uitatem Barcinonæ & eius suburbia pro- xima & immediatè contigua tenetur per laicum succedentem ecclesie vel in locum ecclesie post prolongationem sententiæ arbi- tralis domini Reg. Iacob. ij. & venerabilis episcopi Valentini super solutione laude- miorum inter clericum & ciues Barcinonæ: quia tunc laicus subrogatur in locum ec- clesie & subrogatus sapit & habet T natu- ram illius in cuius loco subrogatur vt in l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio- nibus. & in l. de actio. §. fuerat. & ibi las. & in c. ecclesia j. & ij. vt lite pendente. & vi de, quæ infra notantur in quarta principa- li quaestione vbi dicitur. q̄ tempus subro- garum in locum alterius temporis & c. & de isto brocardo, an, & quando subrogatū sapiat & habeat naturam eius, in cuius lo- cum subrogatur, si vultis videre plura vt. deatis Ioan. Fabr. in dicto §. fuerat. in vlti. colū. post Petrum de Bella pertica & per Dinum in l. qui debitor. ff. de donatio. cau- sa mortis. & in l. i. creditor. post gl. ibi ff. de lega. j. et quæ notata sunt supra prox- ime. Præterea, q̄ laicus T succedens ecclesie recipiat & recipere debeat septimum, aut quintum prout ecclesia reciperet hoc non potest tergiversari: nam si ecclesia succe- dens laico non recipit nec recipere potest nisi laudemium laicale, prout patet per præ- uilegium siue pragmaticam domini R. Ia- co. ij. infra insertum in vers. nunc venio & quotidie videmus quod obseruando quæ- dam pragmaticam siue priuilegium quæ- do venditur aliquod prædium quod tene- tur ab ecclesia succedente laico tunc clau- sula septimi, aut quinti excusant in instru- mētis ipsarū venditionum, per quam ex- cusationem indubitanter T insertur, q̄ eccle- sia in illo prædio successit laico post senten- tiam arbitralem & quod ecclesia non reci- pit nec recipere potest nisi laudemium lai- cale quod est decima pars totius pretij. Eodem modo est dicendū, quod si laicus

9 succedat

succedat ecclesie debet recipere laudemium prout recipiebat ecclesia: cum non sit maior ratio de vno, quam de alio, & vbi eadem est ratio, idem ius statui debet. l. illud. ff. ad le. Aquilam & in §. pari ratione. insti. qui. mo. ius patrie potestae. solui. & in l. vnica. ff. de fonte §. hoc interdictum. & in l. si postulauerit in §. ratio enim. ff. ad legem Iuliam de adulteris & in l. quidam §. numularios. ff. de edendo. et insti. quod cum eo. §. frigitur versi. istas. & multis aliis similibus & sic ecclesia & laicus in hoc aequiparantur: quia ecclesia succedens laico recipiat decimum ut reciperet laicus: et laicus succedens ecclesie recipiat septimum, aut quintum prout reciperet ecclesia, et in hoc adaequantur. Et adaequatorum eadem est ratio, & iuris dispositio ut in l. j. ff. de leg. j. & Barto. in l. ij. circa finem. ff. de legat. ij.

12 Præterea laicus positus in locum ecclesie debet imitari naturam ecclesie, & e conuerso ut extra de baptis. c. maiores. et spe. in titu. deposito §. ij. in versic. nota. & ad istud multum facit l. qui in ius. ff. de regul. iur. vbi hoc expressè probatur. Præterea,

13 quod si ecclesia succedens laico recipiat, & recipere debeat laudemium laicale & laicus succedens ecclesie recipiat, & recipere debeat laudemium ecclesiasticum hoc est seruare æqualitatem, quæ semper debet seruari, ut in authent. de non eligen. fecun. nuben. §. si concordat etiã c. & si cliētulus. de alien. feud. colla. x. & argu. ff. de in diem adiecto. l. necesse. & c. locatio. pre. dio. ciui. vel fisca. l. cõgruit. lib. x. Et quod

14 hoc sit verum, probò sic: quia allodia si ecclesie in sententia arbitrarij lata super solutione laudemiorum inter clericum, & ciues Barcinonæ pro dominum Reg. Iacob. & Episcopum Valentinum fuerunt affecta & allibrata, siue (ut dicit Bald. in authent. sed periculum c. sine censu vel reliq.) in æstimo siue castato ut Perulini dicunt posita ad præstationem septimi aut quinti & allodia etiam laicalia ad præstationem decimi ut infra in priuilegio siue pragmatica R. Pet. ij. infra in secunda cellula inserta, et sic ad quemcumque transeant, transeunt

15 Teum illo onere rei annexo, & perpetuo, quod est caracter rei impressus: & sic per quemcumque manus ambulat vel decurrunt quocumque titulo inter viuos, aut in vltima voluntate semper ambulat & de

currunt cum sua causa l. si conuenerit. §. si fundus. ff. de pigno. actio. l. si debitor. ff. de distractio. pigno. l. si prædium. C. de euctio. & ita in terminis tenet Bal. in d. l. si debitor. C. de distractio pigno. & alij ibi per eum citati. l. alienatio. ff. de contrahen. emptio. facit simile quod dicit glo. in l. frater à fratre. ff. de conditio. indebiti. quæ

16 dicit, quod obligatio sequitur obligatum, sicut lepra sequitur leprosum, quali sit impressus caracter, vt habetur in l. quis ergo casus. ff. de peculio. & in l. iij. ff. de postulando. & in ca. citò turpem. j. q. j. & quod voluit Bar. in simili in l. cunctos populos. C. de summa Trinita. vbi commemorat quendam sententiam capitalem passum,

17 vt si fuit extractus de manibus familie in potestatis, dum duceretur ad patibulũ, quocumque vadat illa capitalis sententia insequatur illum, vt non possit testari. ita dicimus in proposito nostro, vt cum dicta allodia ecclesiastica, & laicalia sint obligata ad dictas præstationes laudemiorum vt in dicta sententia arbitrarij, & in clausulis ab ea sumptis, & in dicta pragmatica siue priuilegio R. Petri ij. ad prædictum onus solvendum, scilicet, ad septimũ, aut ad quintum, aut ad decimum respectiue loquendo insequatur prædicta allodia ad quemcumque ambulat personas: & sic fuit declaratum per dominum Regem Iac. ij. sua pragmatica siue priuilegio dato Barcinonæ sexto Idus Augusti, anno domini M. ccc. lxx. infra inserto: nam cum ecclesia, quæ successerat in allodio laicali post sententiã arbitrariam prætenderet recipere laudemium iuxta dispositionem eiusdem sententiæ arbitrarij ipse dominus Rex Iaco. ij. declarauit cum dicta sua pragmatica dictam ecclesiam nõ posse recipere nisi laudemium, quod recipiebat laicus, cui successerat inuens, quod allodia tam ecclesiastica, quã laicalia sunt affecta, & allibrata videlicet, laicalia ad decimum, ecclesiastica verò ad septimum, seu quintum. Insuper videmus

19 quod quibus Cistercienses, & Hospitalarij non teneantur soluere decimas de prædijs, quæ proprijs laboribus & expen. colunt, tamẽ si acquirunt prædia post concilium Maguntin. quæ erant obligata ad decimas debent, & tenentur soluere decimas vt in ca. nuper. de decimis & ibi Panor. & Inno. in c. suggestum eo. tit. Amplius quibus ecclesie

- 20 *lia* & clerici non teneantur soluere collectas extraordinarias, tamen si succedunt in locum eius, qui ad soluendum collectam tenebatur ratione rei ad hoc obligat, tunc ecclesia & clerici tenebuntur soluere collectam quam diu tenent rem illam obligatam illi collectam soluende cum sit onus iam formatum, & ita tenet expressè Bart. in l. si diuina. C. de exactori. tributo. lib. x. & Bald. in l. omnes. C. siue censu vel reliq. & Bal. in d. l. si debitor. dicit qd si ecclesia succedit in re subiacente tributo illa res transit cum suo onere tributi in ecclesiam. Secus esset, si postquam deuenit ad ecclesiam imponere tur dicta gabella: quia tunc ecclesia non teneretur ita not. gl. in l. incola. C. ad municipa. & Bal. in l. placet. C. de sacrosan. ecclesiis & in auth. sunt. e. ti. vt dicit Bal. in auth. sed periculū supra allegata & in l. omnes.
- 21 Et quamuis laici non possint cogere ecclesias, nec clericos, cogent tamen res ipsas per occupationem ipsarum rerum, vt dicit Inn. extra de foro competen. c. postulasti. Nec obstat, quod laici non sunt capaces ad recipiendū dicta laudemia septimi, aut quinti, vt patet per priuilegium siue pragmaticam domini Reg. Petri secundi datā Barcino. quinto Calen. Iulij anno à natiuitate domini M. cclxxxv. infra insertum & per multas vsantias scriptas Barcino. quibus expressè cauetur, quod non possunt recipere, nisi decimum: quia hoc verū est ex suo iure proprio laicali: sed si succedat ecclesia, bene possunt recipere laudemia, prout recipiebat ecclesia cui succedunt: quia in tali casu sunt capaces adduco hic notata per Saly. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit, qd si extraordinarium minus esset iam impositum prædico & priuati & postea prædium transferatur in ecclesiam, quod transit cum suo onere & ecclesia quæ de perse & ex proprio priuilegio est immunis ab illa præstatione, ratione successionis tenetur ad soluendū illud onus iam impositum. Eodem modo est dicendum in nostro casu, cum dictum onus soluendū prædicta laudemia sit impositum alio die ecclesie ante quam veniant ad laicos, & ad solutionem eorum sunt affecta obligata & adhibita si postea transeat ad ipsos laicos ipsi laici ipsa iura laudemiorum recipere possunt, & debent, & qd res transeat cum suo onere hodie est text. in commento. Pet. Alber. c. xliij. si aliquis habet hominem, siue vassallum. §. item feudatarius.
- 24 Præterea, quod laicus & succedens ecclesie recipiat & recipere possit laudemium, quod recipiebat ecclesia. Adduco simile, quod habetur in l. ij. §. sed si iure. ff. de fal. vbi per illum tex. dicit Bar. statuto cauetur, quod nobilis non possit habere cessionem contra popularem, quod si popularis mortur & nobilis successit populari iure hereditario sibi, qd nobilis poterit habere illam cessionem contra popularem. Adduco aliud simile, licet clericus aliquem actum non possit facere, vt clericus tamē poterit illud facere, vt successor vt in gl. in clemene clericus vel monachi, quæ vult qd clericus non possit esse arrendator, tamē si successit arrendatori potest perseverare in cōductione vsque ad tēpus, quo durare debebat cōductio. Adduco aliud simile quod voluit glo. in l. j. C. de edendo. quæ dicit, qd mulier non potest esse argētaria & ideo non tenetur rationes adere sed si successit argētario tenetur adere & ita est in proposito nostro, qd quamuis laicus non sit capax recipiendi laudemia quæ ecclesia recipit tamen si ipse laicus succedat ecclesie iure illo successorio erit capax recipiendi illa laudemia: & hoc probat per plura fundamenta Andreas Barba. in j. consil. in iij. volumine vers. sed indubitanter. Præterea si laicus succedens ecclesie non possit recipere prout recipiebat ecclesia hoc esset in ferre iniquam conditionem ecclesie & ea quæ in eius fauorem sunt introducta retorquere in eius odium seu damnum, quod esse non debet vt in l. nulla. ff. de legibus et in l. quod favore C. de legi. manus enim & præterea inuenit ecclesia vendens in calibus sibi à iure permisisis si vendat cum perceptione septimi aut quinti qd si vendat cum perceptione decimi pro laudemio & sic in anno M. cccliij. facta iam tunc vnione et aggregatione antiquorum hospitalium scilicet deu Colom deu Vilar sancte Margaritæ als dels mesells sancte Eulalie de campo, et deu Marcus & de la ciutat alias deu pere deu vilar cum vniuersis & singulis bonis rebus redditibus, & iuribus quibuscunque eorum, & cuiuslibet eorū, quæ facta fuit anno M. cccj. Gulielmus Alaniani ferarius de podio canonici sedis Barcino. Raymūdus de Valle et Arnaldus de torrente

rente ciues Barcino. tunc rectores et admistratores ipsius hospitalis ad opus fabri cādī hospitale sanctæ Crucis Barci. quod hodie est vendiderunt aliquib. plures census & morabatinos cum perceptione septimi & quinti, & signanter manumissoribus Ioan. Gomar quondam magistri peculiarum auri & cirici ex quibus morabatinis & censibus postea fuit dotatum beneficium quintum nuncupatum sub inuocatione beatae Mariæ institutū in ecclesia sanctorum Iusti, & Pastoris Barcino. penes quod beneficium dicti morabatinī, & reditus nunc sunt cum eadem perceptione septimi aut quinti & sic illa opinio est tenenda quæ fauet ecclesiæ & personis ecclesiasticis vt in l. sunt personæ. ff. de religio. & sumptibus funerū in fi. ibi enim dicitur summā esse rationem t quæ pro religione facit & ad hoc allegatur ille text. ecclesiæ enim, & clericis, & pauperibus est fauendum l. id quod pauperibus. C. de episcopis & clericis & apponendo securim ad radicem quæstionis dico quod vidit sic practicum in quodam instrumento aucto Barci. xiiij. Calen. Aprilis anno à natiuitate domini M. cccxxxviiij. clauso siue sub signato per Franciscum de Castellis notariū publicū Barci. in quo continebatur venditio facta per Raymundum Anticorum de congusto Bernardo de Villa mercatori ciui Barci. de quodam retrocurtali, quod habebat in vico Basile quod tenebatur per Raymundum Ferrarij notarium ciuē Barci. succedentē rectori presbytero quæ Iac. de sancta Eugenia instituit ad altare sancti Augustini in sede Barcino. in quo fuit posita clausula saluis sub his verbis & saluo etiā laudemio dicto Raymundo Antico Ferrarij competentī in prædictis cui quidem Raymundus Antico Ferrarij & suis, de iure laudemij, & eius solutione responderi debet, prout erat consuetum responderi clericis de honoribus, qui pro eis tenentur. in ciuitate Barcino. quod laudemium secundum pronunciationem arbitralem &c. inferatur residuum dictæ clausulæ, & sic habeo intentum meū probatum, nec obstat ea, quæ refert Io. And. in additio. ad Spe. in ti. de exactionibus in glo. magna referendo opinionem Huberti de Bobio, vbi dicit, quod rusticus succedens militi tenetur soluere si cōdum, id est,

collectā & miles nō soluebat: & sic res nō transit cū suo honore, nec onere. Sed dic, quod ratio est, quia ibi priuilegium erat datum personæ militari, & datum personæ cū illa extinguitur vt in l. forma: in §. quamquam. ff. de censibus. Sed datum prædictis non extinguitur cum persona l. j. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, & aestiua. Nam laudemia onera sunt realia tenet Ias. in l. fin. C. de iure emphy. nu. xlj. Cassanaus in constitutio. Burgun. & Matthæus de afflictis in decisio. Neapoli cxxxv. & Nicolaus Boerius in constituti. Biturign. in ti. de consue. feudi & censua. §. vij. vbi dicit, quod in feudis est onus personale, & non reale, sed in emphyteusi imponitur onus nedum personale, sed etiā reale videlicet, solutionis quin quagelime siue laudemij. Nec obstat quod dicit Salicetus in l. ij. q. xvij. C. de iure emphyteuti. vbi dicit, quod si ecclesia succedit priuato qui in emphyteusim dedit an emphyteuta non soluentē ecclesia vtetur iure priuati, vt requiratur per triennium cessasse, vel sufficere per biennium & distinguens hic ait, aut cessio biennij est initiata & consummata cum ecclesia & tūc sufficit & vtetur ecclesia iure proprio, argu. l. cum quidam. §. si debitores. ff. de vsuris. aut est initiata cū defuncto: quia iam in persona defuncti transierat vnus annus infra quem omiserat solutionem facere & postquam ecclesia successit, transiuit alius annus, & tunc non sufficit: quia ex quo ecclesia vtetur adminiculo defuncti debet vt iure illius inuēns ibi Saly. quod iure laici quæ transiuit ad ecclesiā ecclesia potest vt iure suo proprio & e contra iure ecclesiæ transeunte ad laicum laicum debet vt iure suo proprio laicali ex identitate rationis Bar. in l. illud ad legem Aquiliam Bald. in l. maximum vitium. C. de liberis præteritis. Sed tu dic, quod tex. in dicto §. debitores: non probat dictum Salyceti: nam ibi dicit iuriscō. fultus, si debitores, qui minores semissibus præstant vsuras fisci esse ceperint, postquam ad fiscū transierunt semisses cogendi sunt præstare, quas fisco ex suis debitoribus solitus est recipere, vt in dicta l. cum quidam. §. fisco: & sic ille, qui tenebatur ad vsuras minores semissibus, postquam eius debitor peruenit ad fiscum ab inde præstabit vsuras semisses, & sic fisco succedens priuato non recipiet, vt priuatus, sed vt fi-

scus. Sed iste casus est multum diuersus à nostro casu: quia hoc non euenit ex sola successione, seu ex priuilegio fisci qui facit mutare naturam, & qualitatem rei. Sed euenit ex mora siue culpa debitoris: quia statim, quod non soluit fisco congruo loco, & tempore committit delictum ut tenet Saly. in l. mora. ff. de usuris. & ideo ex suo proprio delicto, & non, quod qualitas, & natura rei immutetur: mora enim sua cuiuslibet est nocua, ut in c. mora. de regulis iur. in vj. & ideo statim, quod non soluit fisco, tenet soluere usuras semisses: quibus antea non teneretur, nisi ad usuras minores semissibus: nam usura extra moram, quae delictum est debetur, ut in l. lecha. ff. li. certum petatur, & in l. curabit. C. de actio. empti. et Abb. Panor. in c. salubriter. extra, de usuris. & in l. initio. C. de pact. inter empto. & vendi. & ibi Bald. & sic postquam est in mora sibi imputetur, si tenetur maiores usuras fisco, quae eius praedecessori priuato: quia ex suo delicto imputetur ergo sibi, si sibi ipsi damno affuerit. l. q. quis de reg. iur. ff. de emphyteuta in nostro casu, quae do ecclesia succedit priuato non est in mora, nec culpa & sic ex facto alieno non debet reportare poenam aliquam: quia nihil fecit, propter quod eius conditio per translationem dominij directi de vno in alium deterior fieri debeat poena enim suos tantum sequitur autores ut in l. si haereditis seruus. §. si. ff. de leg. j. Bal. in l. j. quinta oppo. C. de his quae poena nomine & per l. sancimus. C. de poenis. & per priuilegium R. Iaco. ij. infra infernum in ij. cellula directum Raymundo Dorcau. Pro hoc facit etiam, quia res inter alios acta non prauidetur aliis. C. res inter alios acta l. j. & l. saepe. ff. de regu. iuris c. quibus. & c. cum super eo. ti. & sic directa Salycei. non obstant. imo in nostro casu successor debet uti iure sui praedecessoris ut in d. l. cum quidam. §. si fiscus. & C. de his quibus, ut in dignis l. Polla. & ff. de co. di. & demost. l. in facto. §. si fiscus non enim est cautum, quod dominus directus volens vendere ius suum directum teneatur denuntiare emphyteuti suo, et quod emphyteuta volens emere praferatur ceteris omnibus aliis emptoribus sicut contra ut in l. fin. C. de iure emph. & per alia iura adducta infra in ij. prin. q. & hoc etiam tenet eleganter Saly. in d. l. si. in vj. col. & laf. ibidem num.

xvij. Specu. in §. nunc aliqua. vers. xcij. & ibi lo. And. in additio. & Imol. in c. potuit. extra de locato. in v. col. & Paul. de Castr. in l. sed si hac in §. patronum. ff. de in ius vocan. & tex. in commemo. Pet. Albert. cap. xix. si dominus alicuius castri. in fin. imo si dominus vellet vendere emphyteuta & ipse emphyteuta nollet emere ipse emphyteuta non debet cogi, ita tenet lo. de Succarra. in commemo. Pet. Alber. c. eodem pa. cxxxij. nu. lxxx. Cum ergo dominus directus possit vendere sine voluntate vassalli vel emphyteuta cuiuscumque vult intuitu vassallo vel emphyteuta, ut est tex. in commemo. Pet. Albert. c. si dominus alicuius castri & vassallus seu emphyteuta non possit prohibere dominum directum, quin vendat, cui voluerit et ipse emphyteuta non habeat ius retinendi ipsum dominium directum nec possit cogi emere: & ob hoc non fit in culpa nec in mora ea propter non debet fieri eius conditio deterior ex facto domini volentis vendere fisco ecclesiae vel similibus priuilegiatis personis eo praesertim quia dominus non cogitur vendere sibi similibus, sicut emphyteuta. tex. est de hoc expressus in commemo. Pet. Alber. dicto c. si dominus alicuius castri et si aliquis habet hominem siue vassallum xliij. & hoc est cautum in c. singulariter de le. Corra. & ibi Bal. & Cardina. Alexā. & pulchre Pau. de Cast. in consi. cccxxvij. incipien. laudatio, et inuestitu. volu. liij. nu. vj. Nec obstat quod dicunt Bar. & Bal. & doct. in l. placet. C. de sacrosan. ecc. et Bar. post gl. in l. incola. ff. ad muni. i. l. si. & C. de exacto. trib. li. x. vbi tenent, quod de re profana facta ecclesiastica non debet solui collecta seu tributum: quia hoc (ut tenet Bal. in authē. sed periculum. C. sine censu vel reli.) intelligitur de in futurum imponendis sed non de iam positis & quod de re ecclesiastica facta, profana: quae sit alienata p ecclesia in laicum debeat solui collecta, ut tenet Bar. i. l. Paul. i. si. de acq. har. & Bal. in Marg. ver. contra factus et ver. si. & doct. in l. licitatio i. si. de pub. quia aliud est i collectis quae p statutu iducunt et aliud in laudemis, quae pacto contrahenti imponuntur aut ex qualitate rei: et praesertim in hac ciuitate Barci. vbi alio die ecclesiae: quae laicorum sunt affecta ad praedictas laudemiorum praestaciones adeo quod per quascumque personas ambulat praedia alodialia traesunt cum

cū suo honore, & onere. Nec etiā obstat, q̄ ab aliquo possit dici, videlicet, q̄ si laicus reciperet laudemia ecclesiastica & ecclesia reciperet laudemia laicalia possent venire ad confusionē & inimicitias cū ecclesia, seu ecclesiasticis personis, in quibus eramus ante prolationē arbitralis sententiæ latae inter clerū, & ciues Barci. ad cuius sedationē opus fuit regio interuentu, nullis aliis personis prædictas partes cōcordare volētib⁹. Ideo gratia cōseruanda trā quillitatis inter clerū, & ciues Barci. hoc permittit nō pot: quia respōdetur q̄ quēadmodū
 39 est prouisum ꝑ certa forma verborū q̄n ecclesia succedit laico eodē modo est prouisum alia certa forma verborū quando laicus succedit ecclesiae vt statim dicitur & notarij Barci. in suis formulariis habent clausulas, quibus vitūtur si q̄n occurrit casus & sic vidi in quodā libro cuiusdā notarij publici Barci. quandā quaestionē quæ est seriei sequentis. Quaro si quidā laicus succedit ecclesiae, quæ clausula erit inserenda in instrumēto vēditōis respōde, q̄ laicus ipse qui est loco ecclesiae habebit laudemii septimi, vel quinti sicut ecclesia, recipiebat, et debet poni in vēditōe hie clausula saluis & saluo, in quā, laudemio dicto T. soluere cōpetētū eō, quia succedit in locū, et ius dictæ ecclesie sanctæ Mariæ, quæ etiā recipiebat laudemii in prædictis prout ecclesia recipere debet iuxta sententiā arbitralē do. R. Jac. ij. et venerabilis Ep̄i Valentini super hoc lata quod ꝑ laudemii est quinta pars, scilicet in prædio rustico et in prædio vrmano est septima pars & in eod. lib. etiā erāt scripta verba sequētia. Notandum est q̄ illa ꝑ sententiā arbitramētalis superius enarrata nō cōprehendit nisi personas ecclesiasticas, quæ tēpore dictæ sententiæ habebāt directū dominiū in illis se extēdunt prædictæ quinta, & septima partes laudemiorū & semper recipiūt huiusmodi laudemia: sed si post dictā sententiā perueniat ad ecclesiam qualitercūq̄ tūc recipiet ecclesia solū decimā partē sicut laicus, & tunc nō se extēdunt dictæ clausula sed excusantur modo præfixo eodē modo se extēdunt ipse clausula in laico qui succedit ecclesiae post dictā sententiā, quia recipiet laudemii prout ecclesia recipere consuevit, & q̄ prædicta sint vera probatur per priuilegium R. Jac. ij. infra insertū directū

Raymundo Dorcau vicario Barci. Præterea q̄ ecclesiae pro prædictis prædijs vrbani debet dari & solui ꝑ septimū totius pretij quod datur venditori quod est duo solidi decē denarij & vna pugelia et vnum septenū pugelia pro qualibet libra probatur per dictā sententiā arbitralē latā super laudemis ex soluendis quæ est inserta in volumine cōstitutionū generalium Cataloniæ in illis verbis septimā partē totius pretij, quod inde habebitur, & per clausulā septimā a corpore dictæ arbitralis sententiæ sumptā & per nouā vltimā scriptam Barci. incipien. li vero venduntur domus, & in prædijs rusticis quinta pars totius pretij, quæ est quatuor solidi pro qualibet libra, vt probatur in eadem sententiā. Et per ea, quæ dicta sunt supra, habeo verba posita in hac prima cellula bene declarata in qua si longus fui nullus miretur: quia factum fuit propterea quod audiui, & mihi fuit relatum q̄ quidam notarius (cuius calcem tū corrigiā ego nō sum dignus soluere) dicebat q̄ allodia ecclesiae venientia ad laicum debebant soluere decimū: quod ego contrariū supra probaui & credo illud a veritate deuiare, donec alias videam rationes, quæ a mea opinione me decedere faciāt. Sed quid dicendū est de diuisione, quæ fit inter fratres de aliqua proprietate, quæ est de hereditate paterna, in qua diuisione intercessit pecunia, puta quia res, siue prædiū emphyteuticale fuit adiudicātū inter eos vni & pecunia alteri ista quaestio fuit decisā in audientia regia antiqua cuius decisiois
 42 hæc sunt verba. An de ꝑ diuisione facta per fratres de hereditate, in qua est domus emphyteuticaria in qua diuisione interuenit pecunia debeat laudemii videtur de iure communi q̄ debeat cum habeat in stat emptionis per l. j. c. cōmunia vtriusq̄ iudicij. Contrariū est in Barci. per ea. item cum aliquis defunctus in priuilegio recognouerit proceres cum tali diuisione, nec merito debeat laudemium: & ita fuit cōclusum in Barcino. in audientia do. Ioan. de Beamōt Locumtenentis generalis in causa ducta inter filios Petri Ioan. de Pou et magistrum Ferdinandum fiscum defendentes ex vna. & magnificum Guillemū Collom domicellum dominum alodialem ex altera asserendo nō esse simplicem diuisionem, sed potius in solutum dationē,

quæ causa fuit commiffa Ioanni Dalmatij & vice cancellario Gaspari Villana, quæ conclusio fuit facta xj. Ianu. M. cccclxiiij. Et postea xiiij. Octobris dicti anni in dicta audientia regia præfide dicitur Villana vicecancellario & relatores Damiano Montferrat in causa supplicationis inter-

34 posita per dictum Guliel. Collom fuit conclusum bene esse sententiam & malè supplicatum per dictum Collom, quæ conclusio nō recepit & continuauit Antonius Franca scriba mandati & istam decisionē sequutus fuit magnificus Franciscus Montaner doctor de regio consilio, qui postea fuit regens cācellariam inter Antoniam vxorem honorabilis Ioannis Magarola apothecarij & vxorem Ioan. Nebot argentarij sorores, quæ diuiserunt quandam domū hæreditatis deu Pinguert quondam Fulsterij earum patris in qua dicta Magarola retinuit dictas domos & dictæ Nebot fuit data pecunia: ex qua diuisione magnificus Michael Gordiola dominus medius præten debet sibi laudemium deberi, & ipsum dupplicatum: quia recepit possessionem sine consensu & hoc fuit factum verbo, factum, in regia audientia qui sequendo dictam conclusionem supra insertam dixit laudemium non deberi: de iure tamen communi debetur laudemium de quantitate interueniente tenet Iason. in l. fi. C. de iure emphyt. num. cxvj. & Ioann. de Succarr. in commemo. Pet. Alber. c. cautū. ver. quid de diuisione patrimonij. & Iaco. Marquel in j. loca li priuilegij recognouerūt proceres. de diuisione autem reali de iure cōi non debetur laudemium, vt tenet Bart. in l. & ideo. ff. de furt. et Bal. in l. voluntas. C. de fideicommissis & Ias. in dicta l. fin. nu. cxxiiij. & nu. cxxx. & Cassane. in consit. Burgun. folio 44 cccxlvij. colū. j. & quod dictum est supra & probatum quod alodia ecclesie non assumunt qualitatem alodiorum laicorum circa solutionē laudemij quādo deueniunt ad laicum nec alodia laicalia non assumunt qualitatem alodiorum ecclesie circa solutionem laudemij quādo deueniunt ad ecclesiam hoc est semper verū. Attamen alodia ecclesie aliquando transeunt de præstatione septimi in præstationem quinti & aliquando de præstatione quinti in præstationem septimi vt si de prædio rustico fiat prædium vrbānum quia dum prædium erat

rusticum præstabat quintum pro laudemio sed postquam factum est vrbānum præstabit septimum & dum prædium erat vrbānum præstat septimum sed postquam factum est rusticum præstabit quintum prout latius dicitur in fine tertie cellula.

Vrbānum prædium quod tenetur à laico, vel ecclesia succedenti laico præstat decimum pro laudemio.

Summa capita.

- 1 Extranei, & ciues an in laudemio distent.
- 2 Honoris uenditi quantum laudemium.
- 3 Tabellionum in literis emphyteu. officium.
- 4 Constitutio R. Petri firmata, & à quo.
- 5 Emphyteusis quantum laudemium & 6. & 7.
- 8 Clausularum excusatio quæ & quando inducta.
- 9 Alodia ad quid obligata.
- 10 Laico succedens decimum præstat. foliū. 11.
- 12 Priuilegia constitutionis quæ accipienda.

Secunda Cellula.



Vne venio ad declarationē verborū positorū in secunda cellula, & pro eorū declaratione est sciendū, quod in ciuitate Barcino, suburbis proximis, & immediatè contiguis & in hortis, et vineto eiusdem circa solutionē laudemiorū prouenientū ex alodiis laicalibus tā inter ciues & habitatores Barci. quā inter extraneos, & forenses, in quibus nulla sit differentia, aliter est futurū, & ordinatū per priuilegiū siue pragmatice do. R. Pet. ij. quæ seu quod fuit concessum ante promulgationē sententiæ arbitralis ipsi ciuitati suburbis proximis & immediatè contiguis & hortis et vineto cuius priuilegij siue pragmatice tenor sequitur, & est talis.

¶ Nouerint vniuersi. Quia nos Petrus Dei gratia Aragonum, & Sicilia Rex per nos, & omnes hæredes, & successores nostros conuocato generali cōsilio in palatio nostro Barci. & habito cōi tractatu & cōsilio ex certa scientia statuimus, et ordinamus in perpetuū, quod de venditionibus et aliis quibuslibet alienationibus, quæ sūt de honoribus, qui sunt in Barci. & eius hortis, & vine

Et vineto tam de his, scilicet, honoribus, qui sunt in Barcin. qui pro nobis tenentur quam de aliis scilicet honoribus, qui pro aliis quibuscunque tenentur nec dent, nec soluant ille, seu illi qui faciunt predictas conditiones, & alias alienationes pro laudemio nisi decimam partem pretij siue intrate, quam decernimus de cetero fore prestandam pro laudemio non obstante aliquo vsu, vel obseruantia in contrarium obseruatis quibus per presentem constitutionem volumus derogari mandantes omnibus vicariis, et baiulis & aliis officialibus, et subditis nostris presentibus, & futuris, quod hoc statutum nostrum, & ordinationem teneant, & obseruent & ab omnibus teneant, & obseruari faciant. Mandamus etiam omnibus tabellionibus Barchinone presentibus & futuris quod in instrumentis que fieri de cetero super nouis contractibus predictorum honorum non adponant aliqua verba conditiones pacta, vel modos, per que possit huiusmodi nostro statuto preiudicium in aliquo generari. Ad hanc nos infans Alfonso predicti domini Regis primogenitus gratis, & de certa scientia laudamus approbamus, & confirmamus predictum statutum et ordinationem factam a predicto domino Rege patre nostro, & omnia, et singula supradicta prout melius, & plenius supra continetur, & promittimus vobis vniuersis & singulis ciuibus Barchinone presentibus & futuris & notario infra scripto a nobis stipulanti, quod contra predictum statutum & ordinationem aliquo tempore non veniemus imo statutum predictum faciemus teneri & obseruari in perpetuum. Actum est hoc Barchinone quinto Calen. Iulij anno domini M. cclxxxv.

¶ Postea vero, ut preinsertum privilegium omnibus esset notum, & nullus ignorantia de eo haberet, fuit mandatum quod praconizaretur per totam ciuitatem, prout de predicta praconizatione simul cum insertione dicti privilegij fuit factum instrumentum, cuius copia siue traslatum est registratum in libris curiae vicariae Barc. qd est tenoris sequentis.

¶ Hoc est traslatum sumptum fideliter a quadam scriptura scripta in capibrevio firmamentorum curiae vicariae Barci. cuius scripturae tenor talis est. Die Iouis, quae est xvj. Calen. Februarij anno domini M.

cclxxxv. Gulielmus de Piscalria praeco publicus Barci. de mandato vicarij & consiliarios et proborum hominum Barchinone, quae sequuntur Ara hotas queus san asaber lo veguer a tuyt ensmpts cumunalment com tuyt sapiaats, que el senyor Rey en P. de bona memoria mana au antiq. ve guer de Barchinone per lo noble eu Berenger de Peretallada procurador del senyor Rey en presentia dells cofellers e de altres promeus e officials del senyor Rey qui, aqui erem presents al palansen que ell dit veguer se es obseruar la constitutio o le statut lo qual era statet, y ordenat, y publicat per lo senyor Rey sobre el fet dels luytmes e de aquells qui lallur part del luytme no volrie pendre segons lo statut fet per lo senyor Rey dels luytmes coes la defena part del preufos posada lallur part en vna taula eu nom de cils y la venda que pas item maneja senyor Rey que en les honors ques vendrie en que hagues dun senyor auat que el deu donat per luytme fos parut entrels senyors axi e hoias la carta de ladita constitutio. Petrus etiam de olonee scriptor iuratus curiae vicariae Barci. de mandato dictorum vicarij & consiliarios fuit per ciuitatem Barcino. cu dicto preconio & per diuersa loca ipsius ciuitatis legit dictum instrumentum cuius tenor talis est: Nouerint vniuersi, quod nos Pet. Dei gratia Aragonum & Siciliae Rex per nos & omnes haeredes & successores nostros conuocato generali consilio & c. fiat vt supra est insertum. Actum est hoc v. Calen. Iulij anno domini M. cclxxxv. signum Petri Dei gratia Aragonum, & Siciliae Regis, qui haec laudamus & firmamus. signum infantis Alfonsi predicti do. R. primogeniti, qui haec laudamus, & firmamus. Testes huius rei sunt Gilbert. de Crudillis, Raymundus Dortal. Pontius Solonen. Petrus de sancto Clemete. P. de Cohilano, signum Pet. Marchi notarij publici Barcino. qui de mandato dicti domini Regis, & dicti domini infantis Alfonsi haec scripsit, & clausit die, & anno quibus supra. Fuerunt autem presentes, quando do. Rex fecit dictum mandatum dicto vicario hi, Petrus de sancto Clemete Bartholomaeus de Vilafrancha Berenger. Serma de Valentia Franciscus Girardi & anticus titonius predictus vicarius Bereng. Burgueti Guliel.

Durfortis Bereng. de matoro G. de Palatio G. P. Dufay. R. de caules Bereng. de finistres & Romcus Girardi. Signum Petri de Cigarío tenentis locū in vicaria Barcino. Gulielmus de Calderis vicarij Barcino. & Aufonia qui huic translato fideliter comprobato, et sumpto à suo originali non cancellato, nec in aliqua sui parte vitato ex parte domini Regis & dicti vicarij nostram autoritatem interponimus & decretum. signū Berēg. Ermengaudi notarij publici Barci. regentisque scribaniam curiae vicarij eiusdem ciuitatis, in cuius notarij manu, et posse dictus Petrus de Cigarío hęc firmavit de cuius etiā Petri de Cigarío mandato firmam eius supra scripsit, & hoc translatum scribi fecit & fideliter comprobauit, & clausit presentibus Petro de Castro iurisperito Bereng. Alberti G. de pomario xliij. Calen. Nouembris anno domini M. cclxxxvij. cū litteris sublineatis in ij. linea vbi dicitur quel senyor Rey, et suprapositis in iij. linea vbi dicitur Rey.

¶ Praeserta praenotatio fuit executio praesertim priuilegij siue cōstitutionis, quod iam tūc fuit coeptū seruari & assidue vsq; ad hęc nostra tēpora seruatur, & Deo dante, in futurū seruabitur per laicos. Ecclesia verō, & ecclesiastica persona recalcat ut in infra latus dicitur. Postea verō anno tunc proximē sequenti mortuo iam dicto Serenissimo do. Rege Petro bonę memorie domi. Rex Alfonso eius immediatus successor in regno Aragonū praedictū priuilegiū siue statutum ciuibus & habitatoribus Barci. concessit per do. Regē patre suū cōfirmavit sua pragmatice, siue priuilegio quod est tenoris sequētis. Alfonso Dei gratia Rex Aragonum Maiorica rū & Valētię ac comes Barci. vel eorū locūtenē. Salutē, & gratiā, mandamus vobis quatinus statutum, & ordinationē, seu cōcessionē factā per illustrissimū do. Regē patrē nostrū in clytā recordationis probis hominibus & vniuersitati Barci. super eo, qd de omnibus vēditionibus & stabilimentis, quę fiēt per alias in ciuitate Barci. & territorio suo recipiatur decima pars pro laudemio, & obseruetur & obseruare faciatis per quoscūque id quod per dictū do. Regē patrē nostrū ordinatū extitit & concessum & in ordinatione & cōessione sua videbitis cōtineri. Datū apud Salodiū

Idibus Nouēbris ann. M. cclxxxvj. Ecce qualiter in hac ciuitate Barcino. suburbis proximis & immediate cōtiguīs hortis & vineo eiusdē proij honoribus & censuibus emphyteuticis, qui pro do. Re. seu alijs laicis personis tenentur decima pars pretij seu intrate pro laudemio solui debet iuxta praedicta duo priuilegia regia, quę fuerūt, & nūc sunt in viridi obseruatiā: & idē ecclesia si ipsa ecclesia, aut alia loca pia seu beneficiū succedat laico post dictā sententiā arbitralem, ita qd ecclesia, vel quilibet alius administrator petere non possit, nisi ipsam decimā partē pretij seu intrate quę est duo solidi pro qualibet libra totius pretij. Nam tūc ecclesia cōparatur laico, cui succedit & in recipiendo laudemio iure laicali vitur, & in locum laici subrogatur, & ita cautum est per priuilegium infra proximē insertum domini Reg. Iacob. ij. & sic tota die in instrumentis venditionū, & aliarum alienationū de quibus debetur laudemio, quę fiunt de honoribus, et possessionibus, qui, & quę tenentur ab ecclesia seu ecclesiasticis personis succedentibus laicis non inseruntur clausulę septimi, vel quinti nec aliqua ex eis imo excusantur in ipsis instrumentis modo sequenti. Clausula vero laudemij assueta ponit in instrumentis venditionum, et aliarum alienationum, quę fiunt de honoribus & possessionibus qui, & quę tenentur ab ecclesia, seu ecclesiasticis personis in ciuitate, hortis, & vineo Barcinonę hic non inseritur pro eo, & ex eo, quia dicta elemosyna, vel dictum beneficiū, seu administratio siue capia succedit in his post sententiam arbitralem latam inter clericum, & ciues Barcinonę super laudemio exsoluendis honorabilis T. qui laicus erat, & vt laicus laudemium de praedictis recipere consuevit, hoc est, decimam partem totius pretij & ita diuinitē practicatū est, & hodie practicatur, & ita est verum & ita attestatur Iacob. Mar. quel. in vatic. si quis suum feudum, & sic censo deberi practicari: cum sit par virtus consuetudinis, & legis l. de quibus. ff. de legi. Nec aliter potest practicari obstante priuilegio domini Regis Iaco. ij. cuius tenor sequitur.

¶ Iaco. Dei gratia R. Aragonū & c. nobili & dilecto Raymū. Dorcau. vicario Barci. & Valē. vel eius locūtenenti salutē, & dilectio

dilectionē. Oblata nobis p parte quorūcūq;
 emphyteutarum Barcinonæ supplicat peti-
 titio continebat, quōd cūm contingit do-
 minium, quod laicus habet in rebus em-
 phyteuticis emi per ecclesiam vel clericū
 Barcinonæ, vel ad eorum dominium per-
 ueniri aliqua ratione postea, id tenens il-
 lud vēdit, vel aliter alienat ecclesia. vel cle-
 ricus, qui successerit laico intēdit, vel vult
 habere laudemium iuxta sententiam du-
 dum per nos super laudemijis inter clerū,
 & ciues, & habitatores ciuitatis Barcino-
 næ latam, & non antea emphyteuta solue-
 re cōsueuit. Verūm cūm ex prædictis alie-
 nationibus emphyteutarum conditio de-
 terior fieri nō debeat, propterea in ijs de-
 bitē providere volentes vobis dicimus, et
 mandamus, quatenus intungatis notarijs
 Barcin. sub pœna amissionis officij, q̄ in
 oibus instris vēditionū & aliarū alienatio-
 nū q̄ fient ecclesijs vel ecclesiasticis psonis
 per laicos de alodijs ipsorū laicorū infe-
 ratur clausula, quōd emphyteuta det et da-
 re teneatur clericis pro laudemio id quod
 tenebatur dare laico & non amplius con-
 sueuit. Datum Barcinonæ sexto Idus Au-
 gusti Anno domini Mil. ccc. xix. Ex hoc
 enim priuilegio, quod datum fuit nouem
 annis post dictam sententiam arbitralem
 9 introducta fuit excusatio ꝑ clausularum se-
 ptimi & quinti quam quouidie facimus in
 instrumentis venditionum & aliarum alie-
 nationum, quæ sūt de rebus, quæ tenen-
 tur per ecclesiā seu ecclesiasticas personas
 quæ successerunt in alodio post prolatio-
 nem dictæ sententiæ arbitralis, per quam
 excusationem inferitur, q̄ alodium, quod
 nunc est penes ecclesiam seu ecclesiasticā
 personam, olim fuit laicorum, & quōd
 quamuis sit deuolutum ad ecclesiam, ni-
 hilominus in alienatione eiusdē debet sol-
 uere decimam partem pretij eiusdem pro
 laudemio. Potest etiam ex eodem priuile-
 gio faciliter deprehendi, qualiter alodia,
 9 tam ꝑ laicalia, q̄ ecclesiastica sunt affecta,
 obligata, et adhibita ad soluedū prædicta
 laudemia septimi, aut quinti vel ad deci-
 mam partē respectiue ac ordinate loquē-
 do. Clausula verō quæ ponenda est in in-
 strumentis emptionum, quas facit eccle-
 sia, seu ecclesiastica persona de alodio la-
 icali iuxta dictum priuilegium, & antiquā
 consuetudinem debet etiā serie sequētis.

Præterea dictam itaq; venditionem facio
 vobis, & vestris in hunc modū, quōd em-
 phyteutæ dicti honoris præsentēs, & futu-
 ri dent & dare teneantur vobis & succes-
 soribus vestris pro laudemio id quod la-
 cis consueuerunt, non vltā. Et ista clausu-
 la est ponenda ante clausulam promissio-
 nis de possessione tradēda vigore boni or-
 dinis, vel posset poni post alibi, vbi melius
 videbitur congruere. Ex prædictis restat
 10 etiam expeditū, quōd omnis ꝑ laicus, &
 omnia alia persona, scilicet ecclesiæ bene-
 ficium elemosyna causa pia dignitas eccle-
 siastica, & qualibet pia administratio
 laico succedens recipit, & recipere debet
 tam ab alijs ciuibus, & habitatoribus Bar-
 cinonæ, quam forensibus, & extraneis de-
 cimam siue decimā partem pretij, vel in-
 11 trata, ꝑ nisi quando succedit in alodio ec-
 cliæ, siue ecclesiastico post promulgatio-
 nem dictæ sententiæ arbitralis, vt dictum
 est supra in expositione verborum posito-
 rum in prima cellula, quæ nō sunt obliuio-
 ni tradenda pro intelligendis eis quæ infra
 dicentur. Et per prædicta duo priuilegia
 videtur esse dictum saltem ex mente eorū
 quod nō debet solui laudemium desuper
 impositione census, sed solū de pretio em-
 ptionem & in casu, quo alienatio fiat per
 modum, & cessionis in emphyteusim so-
 lum de intrata. Et quamuis ꝑ dicta duo pri-
 12 uilegia videantur loqui generaliter com-
 præhendendo tam alodia regia & omniū
 secularium siue laicorum, & etiam ecclesiæ
 & ecclesiasticarum personarū tamen ipsa
 alodia ecclesiastica, & ecclesiasticarū per-
 sonarum fuerunt facta alterius qualitatis,
 conditionis, & naturæ per sententiam arbi-
 tralem postea latam, per quam dicta duo
 priuilegia regia fuerunt correctæ quo ad
 alodia ecclesiæ remanserunt tamē in suis
 robore & valore quo ad alodia regia, &
 laicorum, & ita se habet hodie cōsuetudo,
 quæ inconcussē obseruatur. Et nota hic,
 quōd si fundus, siue prædium emphyteu-
 ticale, quo ad proprietatem seu vile domi-
 nium pertinet vni et vsufructus alteri, q̄
 laudemium debetur vsufructuario. Ita
 tenet Guido Papæ in quæstione. cccc. lxx.
 vij. in decisione. ij. Parlamenti Delphi. &
 Iaf. in l. fina. C. de iure emphy. nume. 4. in
 fin. & Ioan. Andre. in additio. ad Specu. in

¶ nunc aliqua in ver. xcij. in glos. magna, quæ incipit propter id quod dictum est supra & Alber. de Rosa. in rub. C. de usufructu & Oldra. plene in consi. cexl. & Io. de Succurra. in cap. cautum. in ver. quero. pagi. 55. numero. 51.

Rusticum prædium, quod tenetur ab ecclesia vel laico succedenti ecclesie præstat quantum pro laudemio.

per per i rem s. r. c. i. n. e.
Summa capita.

1. Quantum ex quo debeatur. & quando. & 5.
2. Quantum soluat quis successor.
4. Extranei qui.
5. Extraneo uendente quantum debeatur.
6. Sententia arbitraris quos non tenent: eiusq. rei effectus. & nomen. 13.
7. Consuetudo quando sententia præiudicat.
8. Catalonie limites.
9. Quamti clausula quando excusetur.
10. Laudemij clausula ubi. an non inferenda. & 11.
11. Laudam soluendi Barcinone forma.
14. Prædij urbani quantum laudemium.
15. Victorum hortorumque quantum laudemium.
16. Prædiorum genera, queq. pluris sint.
17. Adhæsiua in prædijs cur fiant.
18. 3. peruenimus. sensus.
19. Prædia rustica quibus cedant.
20. Clausularum que & cuius loco sufficere.

Tertia cellula.



VNC capio de claranda verba posita in tertia cellula: pro quo est sciendū, quod omnia prædia rustica, & etiam urbana, quæ sunt extra ciuitatem Barcinonæ suburbia proxima, & immediatè contigua intra tamen hortos, & vinetum eiusdem ciuitatis, quæ tenentur ab ecclesia, seu ecclesiasticis personis, si vendantur, aut alio titulo alienentur oneroso à ciue, vel habitore Barcinonæ dominus directus, & alodialis de toto pretio recipiet, & recipere debet pro laudemio sibi pertinētū quantum, id est, quintam partem totius pretij.

Et hoc verū, est si supra emphyteutā vendentem est immediatè dominus directus, & alodialis, ita quod ipsos nullus sit alius dominus in medio: & licet si prædium, siue sit rusticum, siue vrbatum, siue in parte rusticum, siue in parte vrbatum vendatur à ciue, vel habitore Barcinonæ pro pretio xxx. librarū laudemium, quod dominus alodialis debet habere erit sex libræ, quæ sunt quinta pars dictarum. xxx. lib. Et eodem modo est soluendum quantum pro laudemio, quando dicta prædia tenentur per laicum succedentē ecclesie post sententiam arbitralem per ea, quæ dicta sunt supra in prima cellula, ibi ubi dicitur, quod subrogatum sapit naturam illius, in cuius locum subrogatur vt in legibus supra ibi allega. & per alias rationes adductas in declaratione verborū positiorum in ipsa prima cellula prædij vrbani. Et quod ex prædictis prædijs debeat solui quantum, siue quinta pars pretij ecclesie pro qua tenentur probatur per eandē sententiā arbitralem supra mentionatā & calēdatam in versic. qñ vero sicut vèditiones extra prædictam ciuitatē, & eius suburbia, proxima. Et aduertite, quod si huiusmodi venditiones & alie alienationes onerosæ tam vrbatorū, quam rusticorum prædiorum existētium extra dictā ciuitatē Barcino. & suburbia proxima, & immediatè contigua fiant per extraneos & forenses, hoc est, per illos, qui non sunt ciues & habitatores Barcinonæ habentes prædia in hortis, & vineto de alodio ecclesie ipsam extranei, & forenses ex dictis venditionibus, & alijs onerosis alienationibus soluentur & soluere debent tertium directum, siue simplex, scilicet, de tribus vnum, & de triginta decem iuxta disposita, seu tenorem supra inserta consuerudinis, siue vsantia Gerunda. Et quia in dicta sententia arbitrari non comprehenduntur illi, qui non sunt ciues, & habitatores Barcino. probantur hæc per dictam sententiā arbitralem. in versic. in præsentem autem sententiā vel declaratione non intelligimus rusticos, & forēses & alios, qui non sunt ciues dictæ ciuitatis Barcinonæ quia isti sic debent soluere, prout soluebant ante prolationem prædictæ arbitralis sententiæ: quod erat, & est, tertium directum siue simplex iuxta dictam consuetudinem generalem supra insertā, quæ etiam

etiam hoc casu debet seruari in territorio
 Barcinonæ argu. eorū, quæ dicitur in di-
 cta arbitrari sententiā in præfationibus eius
 dem in illis verbis, videlicet præfatis per-
 sonis ecclesiasticis asserentibus tertiā par-
 tem totius pretij. nam (vt dictum est su-
 præ) dicta consuetudo siue vñtā seruā
 intra hortos & vinetum Barcinonæ, qñ
 illi qui non sunt ciues & habitatores Barci-
 nonæ ibi habēt prædia siue census, aut cē-
 7 sualia emphyteuticaria illa vendentes &
 quod dicta antiqua consuetudo siue vñtā
 Gerūdæ et totius Catalonię à Luprica
 to citra supra inserta habeat locum ibi te-
 net Ioānes de Succarrais. in commemo.
 Pet. Alber. cap. cautum pagi. 546. num. 6.
 vbi expressè tenet, quod dicta cōsuetudo
 8 seruetur in tota ¶ Catalonia, quæ à Lupri-
 cato citra Jac. Marquel. in vñ. si quis suū
 feud. & Mieres in cōsti. tiēme super lau-
 demio curiæ Ceruaris, & ipsamet consue-
 tudo dicit in Catalonia, quæ est à Luprica
 to citra: & cum ciuitas Barcinonæ sit citra
 Lupricatum: ergo &c. Et sic fuit practica-
 tum in instrumento venditionis factæ per
 manumissores Romæi Mueßgerij de
 parochia sancti martini de prencals Jac.
 Vitali cultori de dicta parochia de domi-
 bus & terra, quam ego succedens dicto
 Vitali occasione aliquarum personarum,
 ibi habeo prout constat in instrumento pu-
 blico acto Barcino. sexta decima die No-
 uembris Anno à natiuitate domini M. ccc.
 lxxviij. & clauso, siue subsignato per di-
 cretum Franciscum de Latone notarium
 publicum Barcinonæ in quo instrumen-
 to est inserta clausula sequens clausula ve-
 rō laudemij hic non inseritur pro eo, quia
 dictus Romæus Messgueri erat rusticus
 & sic de huiusmodi diuisione, & de alijs
 venditionibus faciendis & prædictis quæ
 vobis vendimus, & vendimus per vos,
 & successores vros, qui rustici fuerunt, &
 non ciues Barcinonæ solutis, & soluere
 teneamini dicto venerabili Guillel. Oli-
 uerij & suis, & dictæ elemosynæ & eius
 procuratoribus pro laudemio tertiam par-
 tem pretij ipsarum venditionum, quæ ter-
 tia pars diuiditur inter dictos venera. Gui-
 lielmū Oliuerij & dictam elemosynā ca-
 su quo prædicta peruenerint ad rusticū, &
 non aliter. Quod si prædicta, quæ vobis
 vendimus ad ipsum venerabilem Guilel-
 mum Oliuerij vel suos peruenerint, seu re-

dierint ciues Barcinonæ existēt. q̄ ipse
 Guilielmus Oliuerij, & sui soluant laude-
 mium iuxta sententiam arbitralem supra
 mentionatam, & in prædictis venditioni-
 bus, quæ sunt per prædictos forenses, &
 extraneos de dictis prædictis existentibus
 9 intra hortos, & vinetum dicta ¶ clausu-
 la quinti excusatur, & non ponitur in in-
 strumentis, quæ quidem clausula cum ea
 ratione excusatur quia venditor non est ci-
 uis, vel habitator Barcinonæ solet excusa-
 10 ri sub forma sequenti clausula verō ¶ lau-
 demij assueta inseri instrumentis venditi-
 onum, & aliarum alienationum, quæ sunt
 de honoribus & possessionibus qui, &
 quæ tenentur pro ecclesia seu ecclesiasticis
 personis in hortis, & vineo Barcino. hic
 non inseritur ex eo, quia ego T. venditor
 sum forensis, & extraneus degens in paro-
 chia sancti Martini territorij Barcinonæ,
 & ideo dicta clausula hic non inseritur p-
 pter legem arbitralis sententiæ lata per do-
 minum Regem & venerabilem Ep̄m Va-
 lentinum, quæ non comprehendit rusti-
 cos, & forenses nec alios, qui non sunt ci-
 ues, & habitatores Barcinonæ. habēt ho-
 nores & censualia in dictis hortis & vine-
 to illa vendentes. Sed in venditionibus, &
 alijs alienationibus de prædictis per vos
 faciendis in ciues tñ, & habitatores Bar-
 11 cinonæ dicto clausula ¶ erit inserenda. Et
 sic ex supra dictis colligitur vnum notabi-
 le semper menti tenendum videlicet, quod
 de prædictis tam rusticis, quā vrbatis & cen-
 sualibus morabatinoꝝ existentibus intra
 ciuitatē Barcinonæ siue vendantur à ciue
 vel habitatore Barcino. siue à forensi & a-
 lio penitus extraneo putā habitatore Iller-
 da Terraconæ aut Dertusen. semper lau-
 demium vniformiter est soluendum non
 facta differentia an vendens sit ciuis, vel
 habitator Barcino. an extraneus, vel foren-
 sis quia semper de predio vrbano ¶ solui-
 12 tur septimum, & de p̄dio rustico, quintū
 si allodium est ecclesie: & si est allodium
 laici decimum dummodo in re vendita su-
 præ emphyteutā non sit, nisi dominus allo-
 dialis, vt supra dictum est in prima cellu-
 la, quia intus ciuitatē Barcī. & suburbia
 proxima, & immediate contigua forenses
 sicut ciues, & habitatores Barcī. de præ-
 dictis, quæ ibi habent, tractantur tam in titu-
 lis onerosis, quā in titulis lucratius. Sed
 extra dictam ciuitatē suburbia proxima,
 & imme-

& immediate cōigua intra hortos, & vine-
 netum per dictam sententiam arbitralem
 ciues tractantur sub quinto. forenses ve-
 rō tractantur sub præstatione directi ter-
 tij in alodijs ecclesie & sub præstatione
 decimi in alodijs laicorum. Et ratio est,
 quia dicta sententia arbitralis disponen-
 do de prædijs existentibus intra ciuitatē,
 & eius suburbia proxima generaliter lo-
 quitur compræhendēs tam extraneos, q̄
 ciues, & sic in forensibus sicut in ciuibus
 disponit nō distinguēdo, et vbi lex nō di-
 stinguuit, nec nos distinguere debemus. l.
 preses. ff. de officio præsidis. l. ij. §. conueni-
 re. in fi. ff. de iudicijs. adde meliorē, & ro-
 tundiorē. tex. in l. de pretio. ff. de pub. in
 rem act. vbi Bartolus. eam legem, ita sum-
 mauit. Extra tamen ipsam ciuitatē & sub-
 urbia proxima puta in hortis & vineo nō
 loquitur generaliter: imō expressē exclu-
 dit forenses, & illos, qui non sunt ciues, &
 habitatores Barcin. vt in dicta arbitrali
 sententia. in versu. in præsentem autem senten-
 tia quod memoria est insignitū per quē
 versu. ego probō quod forenses & extra-
 nei in præsentem ciuitate Barcino. & sub-
 urbijs proximis compræhenduntur, sicut ci-
 ues, & habitatores Barcino. inducendo di-
 cum verliculum hoc modo, Latores di-
 ctæ sententiæ extra ciuitatem & eius sub-
 urbia excluderunt extraneos, & forenses:
 ergo in ipsa ciuitate, & eius suburbij pro-
 ximis eos includere voluerunt. Nam ex-
 clusio vnus est inclusio alterius. & ecōuer-
 so. l. cum prætor. ff. de iudicijs. & l. si mar-
 tus. in fi. ff. de procur. & in c. nonne bene
 dicimus. extra de præsump. & aduerte hic
 vnum notatu dignum, scilicet, quōd præ-
 dia vrbana existentia intra ciuitatem Bar-
 cinona, & eius suburbia proxima, & im-
 mediatē contigua aliter, seu alio modo, si-
 ue iure tractantur, quā prædia ¶ vrbana
 existentia, extra ciuitatē Barcin. & eius
 suburbia proxima intra tamen hortos, &
 vineum eiusdem ciuitatis: quia prædia vr-
 bana existentia intus ciuitatē Barcino. sub
 urbia proxima & immediate cōigua q̄
 alienantur, soluunt septimum: vrbana ve-
 rō prædia ¶ existentia in hortis, & vineo
 soluunt quintum, quod esse non debe-
 ret cum in eis sit paritas ratiōis vel paritas
 qualitatis, quæ paritatem iuris inducit. l.
 illud. supra allegata. ff. ad legem Aquil. et

parium eadem est natura & potentia. l. si
 foer. in fi. ff. solu. mati. & l. j. §. veteres. ff.
 de acquiren. possess. & l. si reus. ff. de duo-
 bus reis. Et ratio diuersitatis est: quia ista
 prædia vrbana existentia in hortis, & vineo
 solēt esse inter plura prædia rustica, quæ
 præponderant, & maioris sunt valoris &
 sic denominatio, siue iudicium, & quali-
 tas sit à maiori parte vide Bartol. in l. qui
 maior. ff. ad municipa. & quando maior
 pars præiudicat minori videatis. l. rescri-
 ptum. ff. de pac. & tibi las. Videte etiā ple-
 nissimē per Felin. in capit. cum omnes. de
 constitu. in quo autem consistat maioritas,
 & minoritas ponit Abbas Panor. de maio-
 rita. & obedientia. capit. inter quatuor. &
 sic ¶ cum prædia rustica existentia in hor-
 tis & vineo Barcino. sint maiora, & ma-
 ioris valoris: ideo prædia vrbana in eis exi-
 stentia, vt minora ad ipsa rustica, vt maio-
 ra trahuntur. Absurdum enim videtur,
 quōd id, quod pretiosius, & dignius est
 vltiori cederet, vt in l. de rerum diuisione.
 §. si quis in aliena tabula. Potest esse et alia
 ratio & forte melior, videlicet, quia vrbana
 prædium extra ciuitatem Barcino. in
 hortis tamen, & vineo eiusdem existens se
 habet ad prædium rusticū, tanquam acces-
 sorium cum intra ipsum sit edificatū, seu
 constructum, & accessorium semper attra-
 hitur ad suum principale, etiam si accesso-
 riū ipsum sit pretiosius vt in l. hæres meus.
 §. cui testudinea. ff. de lega. iij. & cap. acces-
 sorium. de regu. iuris. in vj. vel potest esse
 alia ratio, & forsitan melior cæteris, quia
 ¶ edificia sunt in prædijs rusticis ad ornan-
 dum & decorandum ipsa prædia rustica,
 & sic debent cedere illi, ad cuius ornamen-
 ti gratia huius, vt in leg. & si non sunt. §. per
 ueniamus. ff. de auro & argento lega. Nā
 in dicto. §. perueniamus ¶ fuerūt legata va-
 sa aurea Titio, & in illis gemmæ inclusa
 erant, ornamentum gratia, & quarebatur an
 etiam gemmæ deberentur: & fuit respon-
 sum per Iurisconsultū, put propoliū etiam
 gemmas deberi Dubium faciebat, quo-
 niam gēma est pretiosior auro: ideo ei ce-
 dere non debebat, & sic quotiescunq̄ ali-
 quid venit ad perfectionem alterius non
 facit per se partem sed idem corpus repu-
 putatur, vt in l. gemma. ff. ad exhibēdum.
 & in cap. accessorium. de regu. iuris. in vj.
 & quōd ita sit, quōd prædia vrbana existi-
 tia inter

Summa capita.

- 1 *Laici decimum tantum capiunt.*
- 2 *C. j. de seu. non hab. pro. explicari.*
- 3 *Laico ecclesie successori septimum deberi.*
- 4 *Clausula que est quando subintelligatur.*
- 5 *Laico successori decimum deberi.*
- 6 *Pa. et. cur. sustineantur.*
- 7 *Prædiorum extra. in. tra. ue. urbem. differentia. et. s.*
- 9 *Territorij uox latè patet.*

Quarta cellula.



INGREDIOR

nunc quartam cellu
la, & ad declaratio
nem verborum in
ea positorum accin
gor et quauis ex ijs,
quæ dicta sunt su
pra verba in ea posi

ta remaneant satis declarata, tamen vt clariora remaneant repero hic ea, quæ dicta sunt supra, videlicet quod laici tam intra ciuitatem Barcino. quam hortos, & vineas eiusdem non recipiunt, nec recipere possunt nisi decimum, siue decimam partem pretij, seu ad rationem decimi, & non ultra quod existimo intelligendum tam ab alijs ciuibus & habitatoribus Barcino. quam ab illis, qui non sunt ciues, & habitatores Barcinonæ, & in tantum hoc est verum, quod laici tam ab alijs ciuibus & habitatoribus Barcin. quam à forensibus non recipiunt, nisi decimum quod prohibet priuilegio Regio supra inserto dicti dom. Regis Petri. ij. non licet inter laicos cõciues, & habitatores Barcinonæ, nec etiam extraneos nec etiam clericos laicos succedentes post dictam sententiam arbitralem super laudemio exsoluendo de nouo pacisci aut stipulari ultra, nec citra decimam partem, quod est contra. cap. j. de seu. nō habente pro priam seu di. naturam. in vis. feud. vbi dicitur quod pactum potest recedi à propria natura seu di. vel emphyteusis, & probatum est supra ante figuram, quod potest saluari vbi non est consuetudo, seu statutum prout est in hac ciuitate dictum priuilegium Regis Petri. ij. secus autē si t̄ laicus succedat ecclesie: quia t̄c ab alio ciue, & habitatore Barcinonæ possit recipere septimum, aut quintum siue suo casu

rum ter

19 *ta inter plura t̄ prædia rustica cedant rusticis in hortis, & vineo Barcinonæ probantur per dictam sententiam arbitralem, quæ de oibus prædijs existentibus in hortis & vineo loquitur, & disponit quintum dari: nec ego vnquam vidi instrumentum veditiois factum de prædijs vrbans existentibus intra hortos, & vinetum, quod habeat clausulam septimi: & quod nō apparet, præsumitur non esse. Ista doctrina est Bald. in l. veritas. C. de fideicom. in verbo defuerit. cui clausula forma descripta est in volumine constitutionum statim post dictam sententiam arbitralem, à qua sumpta fuit. Et puto non esse hic omitendum illud, quod plerumq; contingere solet, videlicet, quod in prædio rustico sit prædium vrbatum, & tunc clausula quinti recipit alterationem: quia loco illius clausulæ quinti ponitur clausula septimi sub ijs verbis, videlicet. Et est sciendū, quod licet clausula quinti pro laudemio in instrumentis venditionis prædictæ petij terræ, in qua post modum dictum hospitium fuit constructum seu ædificatum describatur, ac sit inserta, tamen, quia post constructionem dicti hospitij in dicta petia terræ facta, dicta clausula recipit alterationem propter legem sententiæ arbitratis latæ per dictos dominum Regem & venerabilem Episcopum Valentinum inter clericos, & ciues super laudemijs, quæ non solum amplectitur honores censuales, & pensiones, qui & quæ tenentur pro ecclesia, seu ecclesiasticis personis in dicta ciuitate, sed etiam in suburbij eiusdem ciuitati proximis, & immediate contiguis & ideo postposita dicta clausula quinti est inserta dicta clausula septimi prout superius & hæc mentio alterationis clausulæ est ponenda statim post clausulam laudemij, & eodem modo est alteranda si de prædio vrbano sit rusticum. Et quauis hoc ita fiat tamen nunquam fit, nec fieri potest, quod allodium laicale quod præstat decimum possit reduci ad præstationem septimi aut quinti, nec e contra vt in prima cellula est dictum.*

Rusticum prædium, quod tenetur à laico, vel ecclesia succedenti præstat decimum pro laudemio.

rum tertium, vt supra in prima cellula est dictum, & declaratum & sic laici & etiam clericis succedentes laicis post dictam sententiam arbitralē semper in emphyteusim cōcessionibus, quas faciunt tam alijs conciuibus, & habitatoribus Barcinonæ quā forensibus, & extraneis & tam de prædijs vrbānis, quā rusticis existentibus intra ciuitatem, hortos, & vinetum Barcinonæ necessārio debent ponere clausulam decimi pro laudemio, quæ si non exprimitur, & non ponitur expressē semper ex generali regula expressā intelligitur in instrumentis ex vi supra inserti priuilegij R. P. ij. Sed in instrumē. firmatis siue celebratis ab ecclesia siue ecclesiasticis personis dicta clausula decimi per excusationem clausulæ septimi aut quinti censetur appolita; & sic laici & ecclesia & ecclesiastica personæ succedentes si laicis, vt dictū est supra per pactum non possunt facere, quōd vltra, nec citrà decimam partem pro laudemio soluantur: & quōd laici recipiant decimam partem pretij pro laudemio etiam probata per vsantias scriptas Barcinonæ, scilicet. xij. & xix. incipien. si est laicus recipit decimum, & in alta incipiē. si est in re, quæ conceditur. Et hoc verum est, nisi forsā pacta ipsa, & conuentiones essent iam ini. ta, et facta ante prolationē siue cōcessionē dicti priuilegij inducētis decimum aut ante promulgationem dictæ arbitralis sententiæ de quo priuilegio meminit Iaco. Marquel. in vfa. si quis suum feudum fol. 109. colla. iij. Prædicta autem pacta facta inter dominum & emphyteutam, quæ ante prolationem sententiæ arbitralis iam erāt facta illa si fuerint seruata in dicta sententia arbitrali in ver. per presentem sententiam. Et sic ego in prosecutio. capibreviationis censuum, iurium, & reddituum magnifici Ludouici Turel militis Barcino. populata, vidi in quodam instrumento facto super alienatione domorum sitarū prope plateam tritici siue bladi præsentis ciuitatis clausulam octauū denarij pro laudemio dicens ibi illa clausula, quōd pro laudemio illarū domorū solui debebat octauus denarius, & ab eo recepi, et extraxi & publicauī, ac testificauī confessionem factam per dominum vilem ipsi laudemio Turel sitū eū in possē meo facta emptio per Reuerēdum domi. Ioannem Onofriū

de Iunient de domibus sitis in præsentī ciuitate Barcinonæ prope turrim nouam. xxiiij. Maij. M. ccccclviij. & in instrumēto ipsius venditionis est pactum iuxta instrumenta vetera, quōd dominus medius, qui est cors acors cū domino directo qui sunt præpositure mensiū Februarij et Augusti vltra suam partem laudemij habet medietatem partis pertinentis ipsis præposituris iuxta legem dictæ arbitralis sententiæ: hæc enim pacta sustinentur: quia tēpore promulgatæ sententiæ arbitralis iam erant: quia aliter non possent stare obstantibus dictis priuilegijs siue pragmaticis Regum Iac. iij. & Alfonso eius filij & in gno eius immoderate successoris ibi mādāmus etiam omnibus tabellionibus Barcinonæ. Et quia toties fuit facta mentio de hortis & vineto Barcinonæ congruū puto hie dicere quantū protenduntur & extenduntur ipsi horti & vinetum. Et super hoc est sciendū si quōd omnia prædia & fundi, quæ sunt extra ciuitatem Barcinonæ, & suburbia proxima & immediatē cōtigua intra tamen limites parochialium ecclesiarum ciuitatis Barcinonæ sancti Martini de proeuals sancti Vincētij de Serriano, & beate Mariæ de sanctis dicuntur esse & realiter, & de facto sunt in hortis, & vineto Barcino. vt in dicta arbitrali sententia in ver. hortos autem, & vinetū extendi declaramus. Cætera autem prædia sunt extra hortos, & vinetum Barcinonæ. Prædia t̄verō, quæ sunt intra ambitū murorum, & suburbiorum proximorum & immediatē contiguum ipsa sunt & esse dicuntur in ciuitate & suburbij Barcinonæ. Et aduerte, quōd in instrumentis venditionum, & aliarum alienationū, quæ sunt de honoribus, & possessionibus qui, & quæ sunt in hortis & vineto Barcino. scilicet de frequētorī vsu dici q̄ sunt in territorio Barcinonæ melius tamen diceretur si diceremus, quōd sunt in hortis, & vineto, & quāuis frequens vsus acceperit verbū, territorium, non tamen desuerunt aliqui, qui loco verbī, territorij, posuerunt, & vbi fuerunt his vocabulis hortis, & vineto & est melius. Plus enim se extendit territorium Barcinonæ, quā horti, & vinetum. nam territorium se extēdit per omnes terminos ciuitatis Barcino. iuxta l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. signific. & vide quæ

quæ not. per glos. & docto. extra de constitutio. c. vt animarum. lib. vj. & per archidiacono. in cap. cum Episcopus. lib. vj. vide etiam Thomam Mieres in constit. domini Regis Iacobi. ij. cap. xxxij. item quod aliquis vicarius in curia Barcinonæ. fo. 50. col. iij. num. 1. Præterea in hac materia omnes illi. qui nõ morantur in præfenti ciuitate Barcinonæ suburbij proximis. & immediatè contiguis dicuntur forenses. & extranei prout sunt illi. qui morantur in dictis parochijs sancti Martini de proeucais sancti Vincentij de Serriano & Beate Mariæ de sanctis. & in alijs parochijs exterioribus. & magis ab extra situatis. & isti in eisdem parochijs tractantur. vt forenses et extranei in solutione laudemiorum quia soluunt plus. quàm ipsi ciues & habitatores Barcinonæ vt infra in sexta cellula latius dicitur.

Prædium. quod tenetur

per ecclesiam. & laicum cõmuniter. & p̄ diuisio ecclesia pro sua parte recipit septimum in vrbano. & quintũ in rustico laicus in vtroq; decimum.

Summa capita.

1. Prædium cum ecclesia commune quate.
2. Pars præponderans.
3. Laicalis pars an præponderet.
4. Allodium vuri cõferri.
5. Diuisio is forma. et. 12.
6. Laudemium diuidi et qui.
7. Clausula laudemij quid tangat.
8. Laudemium vuri vurijs solui.
9. Laudemium leidarum quantum.
10. Sententia arbitralis quibus latis.
11. Laudemium elemosine quantum.

Quinta cellula.



Vperest nunc quinta cellula ex dictis duodecim cellulis positus in figura supra posita. quæ licet non egeat ampliori declaratione. quàm ea. quæ ex declarationibus aliarũ sibi dari potest. tñ quia est vna de duodecim filiabus nostris legitimis. & naturalibus in nostra figura positus ne se

reperiat præteritam. vel exheredatã. & sic ne contra huc nostrum processum possit intentare querelam inofficiosi testamẽti. vt institutio. de exheredatione liberorum. §. si. & in l. posthumus. ff. de inoff. testam. aliqua super ea dicam. Et pro declaratione contentorum in dicta cellula adducã aliqua scitu digna. q̄ in practica vidi. in quibus si quis dubitet. dubiũ est admittendũ. Reperiuntur enim nonnulla prædia tam vrbana. quàm rustica existentia in præfenti ciuitate Barcinonæ hortis. & vineto eiusdem. quæ tenentur per ecclesiam & laicum cõmuniter. & pro diuisio ac t̄ medio per medium. & quia in tali casu probabiliter quis posset dubitare & ignorare. an illa prædia pro toto debeant iudicari ecclesiastica alio dĩa: cum dignius attrahat ad se minus dignum. vt inffit. de rerum diuisi. §. si quis in aliena tabula & in gl. in l. in r̄ act. in §. sed & id. q̄ in charta. ff. de rei vendic. & in c. quod in dubijs de consecr. ecclesiarum vel altarium. & Bartolem. Sozinus. in l. cum senatus. ff. de rebus dubijs. & in l. si cõmunẽ. ff. quemadmodum seru. amitta. Archidiaconus. in c. anteriorum. ij. q. vj. & Gemina. in ca. non sic de præben. in vj. Præterã dignior debet præponderare Hostiẽ. in summa post princ. & in l. & si non sunt. §. perueniamus. ff. de auro & argen. legato. & sic cum illud prædiũ quod cõiter & pro diuisio teneat. quia pars ecclesie sit dignior & debeat præponderare: ea propter dicendum videtur. q̄ totũ ecclesiasticum iudicari debet. & sic cõputari in ijs. quæ septimum soluunt. si vrbani est. aut in ijs. quæ quintũ soluunt si rustici est. An verò debeat dic totũ cõtrarium. Nam cum pars laici soluat decimum. & pars ecclesie septimũ vel quintũ. & ideo inducat maiorem libertatẽ. aut minorem seruitutẽ. t̄ sequi q̄ pars laicalis debeat præponderare. & dignior reputari eũ inducat maiore libertatẽ. aut minore seruitutẽ. et sicut ei magis fauẽdũ: quia libertate nihil gratius. & nobilius. vt in l. Paulus. §. j. ff. de fidei cõmis. lib. & libertati est semper fauendũ cum sit res adeo magna. q̄ non recipiat assignationem l. libertas. ff. de reg. iu. l. si. ff. de ijs q̄ sunt. sui vel alieni iuris. l. liber homo. Tamen præmissis non obstantibus. est dicendum. q̄ pro vna parte. suæ mediocritate censetur esse t̄ alio dĩa

ecclesiasticum & pro alia parte censetur esse alio diu laicale, & sic illud prædium vendatur pro pretio centū librarum ecclesia si prædium est vrbānum recipiet de quinquaginta libris septimum quod est duo solidi & decem denarii & vna pugilia, & vnum septenū pugiliæ pro qualibet libra & si prædium est rusticum recipiet quintū quod est quatuor solidi pro qualibet libra si non sunt domini medij vnus, vel plures supra emphyteutā vendētem & pars laicalis siue dominus laicus recipiet tam de prædio vrbano, quā de prædio rustico duos solidos pro qualibet libra siue venditor sit ciuis siue sit extraneus ex restantibus quinque libris, quæ sunt altera medietas ipsarum centū librarū, quæ pro pretio dantur. & hoc verum est, si sunt domini pro virilibus portionibus. Sed si sunt domini per partes inæquales tunc fiet diuisio secundum partes, quas habent. Ita tenet Iacobin⁹ de sancto Georgio: in suo tracta. de Roydis idem tenet Cassaneus in consi. Burgun. in fi. vbi dicit quod laudemium debet diuidi inter dominos alio diuales per partes, quas recipiunt censum. Et quod sic debeat solui laudemium in casu supra posito, ita vidi practicatum de facto in instrumentis venditionū factis de quodam hospitiū, siue domibus dominæ Barcin. in ciuitate Barcin. in vico vulgò dicto durfortis satis prope hospitiū, quod antiquitus fuit Raymūdi de Placamanibus, quod tenetur per annuaria communia sedis Barcino. succedentia Frāscisco Marqueti quondā ciui Barcino. & per ipsorū reuerendū protectorem nomine eorundem succedentium titulo emptiois inde factæ per discretū Iacobū de ecclesijs quondam presbyterū beneficiatū in dicta ecclesia vt protectorē dictorū annuariatōrū et p. preposituram Mensis Iulij canonice Barcin. & per eius honorabilē prepositū nomine eiusdem & sub dno, & alodio dictorū annuariatōrum & preposituræ cōmuniter, & pro indiuiso ac medio, per mediū, super quo hospitiū recipiuntur duodecim morabatini per magnificū Iōānotum de Baxadors & dels vals valafforem succedentem in his suis titulis dominæ Constantiæ vxori magnifici Francisci dels Valls, quæ quidem domina Constan-

tia prædictos morabatinos emit à manu. missoribus Bernardi Caelosa mercatoris ciuis Barcinonæ prout constat instrumento publico acto Barcino. xxvij. Februarij Anno à natiuitate domini Mil. cccc. ix. in posse Francisci de molis notarij publici Barcinonæ in quo instrumentū super solutiōe laudemij ante clausulam septimi est posita clausula sequens: clausula laudemij assueta poni in instrumentis venditionum & aliarum alienationum, quæ fiunt de honoribus & possessionibus q. & quæ pro ecclesijs, seu ecclesiasticis personis in ciuitate & territorio Barcinonæ tenentur in quantum videlicet tãgi partem seu interesse dictorum annuariatōrum communium dictæ sedis Barcinonæ succedentium dicto Frāscisco Marqueti hic nō inferitur p. eo videlicet, quia dicta annuaria succedunt laico videlicet dicto Franciscio Marqueti qui laicus erat, & vt laicus de prædictis laudemium recipere consueuerat post sententiam inter clericum, & ciues Barcinonæ super laudemij promulgatam. Et saluo in quā laudemio pro prædictis, scilicet, in quantum ad dimidiā partem dictæ preposituræ mensis Iulij & eius honorabilis prepositi ipsius nomine competentis, quod est secundum pronuntiationem arbitrariæ domini Regis & venerabilis Episcopi Valentini super hoc latam Septima pars totius pretij & c. inferatur clausula septimi vsque ad sui finem inclusiue. Similiter vidi practicatum pluries in alienatione cuiusdam tabulæ fustæ que sita est in descensu siue deuallada curiæ vicariæ Barcinonæ quæ terminatur ab oriente & à meridie in vjs publicis, scilicet, vici Capinariæ & ipsi descensu, quæ tenentur per magnificum Ludouicum Turel domicellum in presenti ciuitate Barcinonæ domicelliatum patrem & legitimum administratorem magnifici Bernardi Turel filij sui, qui prædictam tabulam tenet per dominos Lezdarum de mediona videlicet per elemosynam pauperum sedis Barcinonæ tanquam ecclesiam & per hæredes seu successores Francisci de Vallo militis & Yuonis de sancto minato & alios condominos dictorū lezdarum communiter & pro indiuiso per partes in ea eisdē cōpetentes & dicta elemo-

elemosyna representat ecclesiam, & vt ecclesia recipit laudemium. Cateri verò domini sunt laici & vt laici recipiunt laudemium quando dicta tabula alienatur, de cuius tabula alienatione, & de alienatione dictae mediae dominationis eiusdem vidi plura instrumenta publica venditionum vniformia siue consimilia, & signanter quoddam publicum instrumentum actum Barcinonae decimo sexto Calend. Augusti Anno à natiuitate domini Mil. cccxl. & clausum siue subsignatum per discretum Petrum de Folquerijs notarium publicum Barcinonae in quo continebatur venditio census dictae tabulae quem recipiebant domini medij ipsius tabulae facta Berengario Cunil quondam ciuis Barcinonae per Galcerandum de Orreo & Berengarium de vilauria canonicos ecclesiae Barcinonae. executores testamenti seu vltimae voluntatis dominae Bläquinæ vxoris Guilielmi de Tardonets quondam ciuis Barcinonae in quo instrumento erat inserta clausula laudemij sequens. Et saluo (inquam) laudemio dictae elemosynae tanquam personae ecclesiasticae & procuratoribus eiusdem pro ea competentibus quo ad illam partem tantum quam ipsa elemosyna habet in praedictis, qua vobis vendo ratione dicti domini allodialis sibi pertinentis in lezdis ¶ praedictis quod laudemium est secundum pronuntiationem arbitralem domini Regis & venerabilis Episcopi Valentini super laudemij exsoluendis latam septima pars totius pretij quod reuera &c. de qua tabula fuit facta charta precaria in posse meo die vigesima septima Iulij anno M. ccccxlvi. & in dicta charta precaria ego sequendo instrumenta vetera inserui clausulam septimi quo ad partem dictae praepositurae mensis Iulij: quo verò ad partem aliorum dominorum laicalium dicta clausula septimi fuit excusata, & quous ita fecerim tamē mihi videbatur quod euenietius in dicta charta precaria staret clausula quinti eum dicta tabula sit aut videatur esse praedium rusticum iuxta ea, quae dicta sunt supra in praedijs. in §. premitto in super, & hoc feci ne viderer auctor nouitatis forsan contra iura municipalia huius patriae. Vidi etiam instrumenta vetera facta de alienationibus cuiusdam hospitij sicut ante fontem sancti Michaelis

Barcinonae quod fuit nobilitum de Centelles, hodie tamen est discreti Iacobi Riberals pou caudicius ciuis Barcinonae cui fuit donatum cum instrumento recepto in posse meo die vigesima septima Iulij Anno M. ccccxlvi. quod tenetur per heredes, seu successores dominae Satisfitiae vxoris Guilelmi de Ruideperes quodam militis, qui hac tenet per annuaria communia sedis Barcinonae succedentia in locum ¶ Guilelmi de Puteo quondam de domo domini Regis ciuis Barcinonae contra sententiam arbitralem inter eum et ciues Barcinonae super laudemij exsoluendis promulgatam, & per venerabilem elemosynam pauperum dictae sedis Barcinonae & eius venerabiles procuratores ipsius nomine communiter & pro indiuiso. Et in instrumentis antiquis ipsorum domorum erat inserta clausula sequens & saluo etiam laudemio pro praedictis quo ad partem dictae ¶ elemosynae competenti quod laudemium est secundum pronuntiationem arbitralem domini Regis & venerabilis Episcopi Valentini &c. post verò dictam clausulam septimi in eodem instrumento immediate ponuntur verba sequentia. Clausula verò laudemij praedicta quo ad partem dictorum annuariatium hic non inseritur sicut supra ponitur pro parte dictae elemosynae pro eo, quia dicta annuaria succedunt in ijs (sicut supra dictum est) in locum: & ius dictae dominae Fräcinae vxoris Guilelmi de Puteo quodam quae laica erat & plus iuris in dicta annuaria transferre non poterat, quam ipsa habebat per traditionibus. ff. de acquiren. rerum dominio. & instrumentum in quo praedicta exarantur fuit receptum clausum & subsignatum per discretum Iohannem Vilanea notarium publicum Barcinonae die vigesima Nouembris Anno à natiuitate domini Milleesimo quingentesimo vicesimo quinto. Ecce domini mei, quam pulcherrima & multum laudabilis practica per omnes in diuersis temporibus practicata, & ab inde in similis facti contingentia practica, quam nos sequi debemus, praecessorum nostrorum vestigij inherentes. Et hac eadem ratione ego dicem, quod si fiat venditio alicuius praedij existentis in hortis, & vineo per ciuem, vel habitatorem Barcino. & ex-

traneum qui ipsum habent communiter, & pro indiuiso quod tali casu est factenda
 12 T diuisio pretij & pars, quæ erit ciuis ven-
 dētis, & habitatoris Barcinonæ stabit sub
 regula quintij, id est, soluet quintum aut
 quinti tertium suo casu & forensis, & ex-
 traneus soluet tertium directum siue sim-
 plex & aduertit quia sæpe hæc contingere
 re possunt prout de facto cōtingunt ideo
 que notanda sunt, vt in simili tradit Iu-
 risconsultus Paulus in l. legauit Titio, ibi,
 quæ ad hæc spectant attingas: quotidiana
 enim sunt. ff. de liber. lega.

**Emphyteuta forensis ha-
 bens prædia intus ciuitatem, & suburbia
 Barcinonæ soluit laudemium sicut ci-
 uis si intus, hortos, & vineas præ-
 stat tertium directum si allo-
 diū est ecclesiæ si est lai-
 ci præstat deci-
 mum.**

Summa capita.

1. **Y** Laudemij inæqualis redactio.
2. Præuilegio quæ causentur.
3. Sententiæ arbitralis fundamentum.
4. Sententiæ arbitralis notabilia.
5. Laudemij soluendi paria.
6. Sententiæ arbitralis sensus.
7. Extranei an ciuibus comprehensi.
8. Forenses arbitrio Barcinonæ exclusi.
9. Extranei qui quatenusq; laudemia pendant.
10. Laudemia penant uenditor.
11. Laudemij clausula cur hic non inserta.
12. Alloidij laicalis quantum laudemium.
13. Alloidiorum genera.
14. Alloidio ecclesiastico quantum præstandum.
15. Quæ pars tertia quantæ.
16. Tertia pars quantæ.
17. Laudemium rustici prædij quantum.
18. Laudemij uobani prædij quantum.
19. Sententiæ arbitralis explicatio.

Cellula Sexta.



SEXTA cellula & uerba in
 ea posita ueniunt nunc decla-
 randa ad quorū clariorem in-
 tellectum ego animaduerto,
 quod anno do. M. cclxxxv.
 dominus Rex Petrus. ij. suo priuilegio su-
 pra in secunda cellula inserto uoluit, & ita

tuit qd de uenditionibus & in emphyteu-
 sim concessionibus quæ sūt de honoribus
 qui sunt in ciuitate Barcinonæ: & in eius
 suburbijis proximis & in hortis, & vine-
 to tam de alloidijis: quæ tenentur pro ipso
 domino Rege, quàm de honoribus, qui
 pro alijs quibuscunq; tenerentur pro lau-
 demio solueretur decima pars pretij & in-
 tratæ: hoc enim promiserat dictus domi-
 nus Rex Petrus. ij. in priuilegio recogno-
 uerunt proceres. cap. lxxx. ubi dicit, qd ipse
 tractabit quod omnes ueniant ad qualita-
 tem ex quo arguitur, qd iam tunc erat inæ-
 1 qualitas circa solutionē t̄ laudemiorū in ci-
 uitate Barcino. & istā inæqualitatē uoluit
 reducere ad æqualitatē cum priuilegio su-
 pra calendato. Et quamuis dictum priuile-
 gium, per quod decimum fuit inducū
 in eius principio loquar de omnibus alie-
 nationibus t̄ per illa duo uerba in eo po-
 sita, scilicet, pretij & intratæ dictum priuile-
 gium se restrinxit ad onerosas aliena-
 tionones nihil de lucratuius alienationibus
 2 dicens. Quod quidē t̄ priuilegiū dedit in-
 titium & originem illi magnæ & horribili
 ac grauē et periculose discordiæ quæ olim
 fuit inter clerum, & ciues Barcino. sup. so-
 lutione laudemiorū, quæ in xxv. annis per
 quos durauit à data. s. dicti priuilegij uel-
 que ad datā dictæ arbitralis sententiæ t̄
 exarsit inter dictas partes ut iam quibus
 non Christianas crederet, ad quā quidē dī
 feordiam sedandam & mitigandā Regis
 Jacob. ij. & Ep̄i Valentini opus fuit inter-
 uētū, in quos dictus clerus et ciues cōpro-
 miserūt ut patet ī snia arbitrali à dicto cō-
 promisso dependenti, quæ lata fuit Anno
 M. cccc. per quā sniam fuit missa pax inter
 dictas partes. Ex qua quidem sententiā
 ego pro clariore declaratione eorū, quæ
 in hac cellula sunt dicenda colligo sequē-
 3 tia notabilia. Primo qd t̄ dicta snia arbitra-
 lis tota se fundat in alloidijis ecclesiæ solū et
 duntaxat nihil disponens de alloidijis laico-
 rum, ut in dicta snia ibi qui & quæ tenen-
 tur ab ecclesiā, seu ecclesiasticis personis &
 in clausulis ab ea sumptis. Et p̄pterea allo-
 dia laicorū restarunt comprehēsa in dicto
 priuilegio prout nunc sunt, quod priuile-
 gium, quo ad alloidia laicorum non est
 correctū per dictam arbitralē sniam. Secū-
 4 do colligo qd t̄ dicta snia arbitralis duo no-
 notat loca ubi sunt ecclesiastica alloidia
 quon

quonia vt ex ea percipitur ipsa allodia ecclie aut sunt in ciuitate Barcin. & suburbij proximis, & immediatē cōtigujs, aut sunt in hortis, & vineo: & quia suburbia sunt connexa & contigua ipsi ciuitati Barcinonæ, & quia vinetum est contiguum, & adhaerens ipsis hortis, ideo propter cōnexitatem adhaerentiam & contiguitatem id iuris, qd est in allodijs ciuitatis id iuris est in allodijs suburbiorū & id iuris quod est in allodijs hortorum, idem iuris est in allodijs vinei quo ad laudemij solutio- nem, & ita fuit interpretatum per consuetudinem multū frequentatam et longo tempore præscriptam, qua hodie, & diu est, vniū frequenter, & non immeritō: nam connexorum adhaerentium, & contiguum idem est iudicium. l. cum actum. ff. de negotijs gestis. & capitulo vni. de cōsecratione ecclie. in sexto. & communi- ter appellatione ciuitatis veniunt subur- bia, vt in capitulo. si ciuitas. extra de sententia excommunicacionis. in sexto. & in l. secunda. ff. de verborum significacionib. & in l. adilitia. & in l. vt Alfenus. & in leg. qui in continentib. & in l. vxorem. §. lega- uerat, & ibi Bartolus. ff. de lega. tertio. licet (in veritate) ciuitas est id, quod muro- rum ambitu clauditur: & sic allodia exi- stentia in ciuitate Barcinonæ, & subur- bjijs proximis, & immediatē cōtigujs quo ad solutionem laudemij t sunt paria & eiusdem qualitatis, & allodia hortorum, & vinei sunt paria & pari passu ambu- lant. Et sic à dicta sententiā arbitrariā ha- buit initium & originem illa allodiorum diuisio de qua supra dictū est in prælu- dijs, qua dicitur quēdā esse allodia ecclie & quaedam esse allodia laicorum. Ex qui- bus patet, quod prædictum priuilegium Regis Petri. secundi per quod solutio de- cimi pro laudemio fuit introducta nō fuit receptum per personas ecclesiasticas in al- lodijs ecclie: cū in eo non minus cō- præhēndantur allodia ecclie quam laico- rum: cū in eo dñs Rex generaliter loqua- tur. His ita præmissis venio ad declaratio- nem huius sextæ cellule: ad cuius decla- rationem ego dico, qd dicta sententiā ar- bitrariā intus præsentem ciuitatem Barci- nonæ & suburbia proxima & immediatē contigua loquitur generaliter nō faciens differentiam aliquam inter ciues, & habi-

tatores Barcinonæ ac forenses & extra- neos imō æqualiter vtrosq; cōprehēdit & sic vbi lex non distinguit, nec nos distin- guere debemus, vt ff. d. publ. in reā. l. de pretio. & ff. de offi. præli. l. preses. & ff. de iudic. l. ij. §. contenire. in fi. & Ludouicus Romanus. in l. i. vero. §. de viro. ff. sol. ma- trimonio, ita quod forenses & extranei ha- bentes prædia vrbana, vel rustica, & cen- sualia morabatorum emphyteuticaria intus dictæ ciuitatē, & suburbia prædicta illa vendentes, aut alio titulo alienantes tractantur, & tractari debent in solutione laudemij sicut ciues, & habitatores Barci- nonæ siue in prædio sit vnus tantum domi- nus, siue sint plures successiue vnus post alium & quod dicta sententiā arbitrariā in ciuitate & suburbij loquatur generaliter patet in ipsa sententiā arbitrariā in princi- pio ibi, quod de vditionibus, & alijs alie nationibus, de quibus recipi laudemium cōsuevit, quæ verba sunt generalia, & generaliter prolata & ideo generaliter intel- ligenda, vt ff. de legat. præstand. bonorum possessio. contra tabulas pe. l. prima. §. ge- neraliter. & ff. de scruiuti. vrbanoꝝ præ- ditorum. l. seruitus. & Specu. in titulo de homagijs. & Baldus. in l. certi. C. de hære. vel actio. vendit. & Gemina. in capitulo. indemnitatibus. §. sanē in versicu. si verō. de electionib. in sexto. Præterea quod di- cta arbitrariā sententiā in ciuitate, & sub- urbijs loquatur generaliter compræhen- dens tam forenses, & extraneos, quā ciues & habitatores Barcinonæ probatur per eandem sententiā. in versicu. in præsentem autem sententiā siue declarationem, inducen- do ipsum versicu. per argumentum à con- trario sensu hoc modo. Nam cum dicta sententiā disponit de allodijs existentibus in hortis & vineo expressē excludit ipsos forenses & extraneos. Ex quo sequitur, quod cum in ipsis hortis, & vineo exclu- dit forenses & extraneos quod eos dem fo- renses & extraneos voluit compræhen- dere in ciuitate & suburbij, quoniam si nolisset eos includere expressē dixisset insuper certum est de iure, quod inclusio vnus est exclusio alterius, & eōtē. & ita tenet gloss. in capitulo. si clientulus. de feu- dis titu. de alienatio. feud. in verbo libello vbi dicitur quod cum de pluribus vnū conceditur sequens intellectus patens est

quod de alijs remouetur sicut econtra, vt in l. cum pretor. ff. de iudicijs. & in l. si maritus. ff. de procuratorib. & in l. tribunus. §. primo. ff. de testamento milita. & l. ex ea. ff. de testamen. & dicit Bartolus in l. legata. ff. de legat. primo. quod si plura capitula sunt alicui presentata si quedam reprobandur alia approbata videntur, & ad hoc etiam facit dicta l. ait pretor. §. sed Papini. ff. de minori. & talis est natura termini restrictiui: quia per exclusionem aliquorum cetera includit & hoc est idem dicere, quod aliter dicitur, quod exceptio firmat regulam. ff. de militari testamen. l. Tribunus. Cum ergo dicta arbitraris sententia in hortis, & vineo tunc expressè excludat forenses, & extraneos, sequitur bene, quod eisdem comprehendit intra ciuitatem & suburbia: & sic est verum, quod ipsi forenses & extranei inuis ciuitatem & suburbia tractantur vt ciues & habitatores Barcinonæ, & sic se habet practica & consuetudo antiquissima, & ab omnibus obseruata iuxta quam vidi vltra mille instrumenta publica. Sed prædicta sententia arbitraris tractando de prædictis, & censuibus emphyteuticarijs existentibus in hortis, & vineo non loquitur generaliter, imò loquitur specialiter de ciuib. & habitatoribus Barcinonæ expressè excludendo forenses, & extraneos volentes latere ipsius sententia, quod dicitur forenses, & extranei habentes prædia, & honores in hortis, & vineo de alodio ecclesiæ soluant, & soluere tenentur laudemiam, prout erat fieri solitum, & consuetum ante prolationem dictæ sententiæ. Et consuetudo erat tunc & hodie est quod soluant tertiam partem dire. Nam totius pretij prout probatur in ipsa sententia arbitrari in præfationibus eiusdem sibi in verbo præfatis autem personis ecclesiasticis assentibus tertiam partem totius pretij & quod ita esset consuetum non potest negari: quia erat, & nunc est statutum per supra insertam consuetudinem generalem Cataloniæ. Nec obstat versiculus in eadem arbitrari sententia positus in eiusdem præfationibus tibi prædictis ciuib. hæc negantibus & assentibus se non teneri dare, nisi decimam partem pretij: quia hoc verum erat, & hodie est verum, in alodijs laicalibus iuxta dictum priuile-

gium Regis Petri secundi, supra insertum quod quidem priuilegium per ecclesiasticas personas non fuit receptum: nec seruatum imò vsque adeo fuit ei contradicium, vt ex ipsa ecclesiasticarum personarum contradictione resultauerit dicta arbitraris sententia: cui semper fuit statum: & nunc statum sine aliqua contradictione, 10 Et sic ipsi forenses & extranei habentes prædia, & censuaria emphyteuticaria intra hortos, & vineum si illa vendunt, aut aliter titulo oneroso alienant non soluunt quintum, aut quinti tertium, vt ciues, & habitatores Barcinonæ. Sed soluunt & soluere tenentur tertium directum siue simplex, hoc est, de tribus vnus iuxta primam partem primæ partis supra insertæ consuetudinis generalis Cataloniæ, quæ vna ex vstantiæ Gerundæ dicitur. Et hoc est verum siue ipsi forenses, & extranei vendant ciui & habitatori Barcinonæ, siue forensi, & extraneo: quia in titulis onerosis non inspicitur persona emptoris, sed inspicitur persona venditoris, cui incumbit laudemij solutio. Certum est enim quod intra ciuitatem & suburbia hortos & vineum, vt supra plene probatum est in præ-

11 Iudij venditori creditur onus soluendi laudemij ita quod si est ciuis ipse vendens tractabitur vt ciuis, si est forensis tractabitur vt forensis. Et quod sit inspicienda persona cui onus soluendi laudemium credit licet non comprobetur aliqua lege seu statuto comprobatur tamen per quotidianam notariorum practicam in alteratione clausulæ, quæ solet apponi quando rusticus siue forensis vendit, ciui, quæ ita frequentata, & approbata est, quod ab ea recedere esset omnino diabolice, quæ alteratione clausulæ fit sub ijs verbis t Clau-

12 sula verò laudemij poni assueti in instrumentis venditionum vel altarum alienationum, quæ sunt de honoribus, & possessionibus, qui & quæ tenentur pro ecclesia, seu ecclesiasticis personis in hortis, & vineo hic non inseritur, pro eo quia ego dictus T. venditor sum rusticus, & forensis degens extra dictam ciuitatem, & in parochia antedicta, & ideo vt rusticus, & forensis debeo soluere laudemium pro prædictis. Sed in venditionibus per vos de cetero faciendis in ciues tñ, & habitatores Barcin.

Barcino. ipsa clausula laudemij erit inferenda. & eodem modo ipsi forenses, & extranei in specialibus obligationibus siue impignorationibus, nō soluunt laudemium licet ciues, & habitatores Barcino. sed vt forenses, & extranei, hoc est, medietas directi tertij eius quantitatis, pro quare impignorabitur aut specialiter obligabitur prout latius dicitur infra in octaua cellula. in Tallo diis verō laicalibus existentibus in hortis, & vineto ipsi forenses non soluunt, nec soluere tenentur pro laudemio, nisi de cimam partem pretij, sicut etiam soluunt ciues, & habitatores Barcino. Quia alodia laicalia non soluunt, nisi duos solidos in titulis onerosis & vnum solidum in iuribus lucratius siue sine in ciuitate & suburbis, siue hortis & vineto, siue vendantur per ciues siue per extraneos, vt dictū fuit in precedenti cellula. Ex quibus colligitur, qd in alodiis laicalibus ipsi forenses, & extranei non distinguuntur à ciuibus & habitatoribus Barcino: tam in ciuitate, qm in hortis, & vineto imò eodem modo extranei, & forenses ac ciues & habitatores Barcino. tractantur: & ratio est quia in alodiis existentibus in ciuitate ipsa sententia arbitralis dictos forenses vno modo tractat, & alio modo in hortis, et vineto. Sed in alodiis laicalibus nō sit distinguuntur quia predictū priuilegium R. Pet. ij. quo indutum est decimū siue decima pars pro laudemio est directū loco, puta ciuitati, hortis, & vineto, & ideo locale est: & licet oēs in dictis locis existentes comprehenduntur & sic habentes prædia, & censualia emphyteuticaria in hortis, & vineto de alodio laicali siue sint ciues siue forenses præstant decimum pro laudemio. & ex predictis remanet declaratum & expeditum, quod extranei & forenses habentes prædia, & censualia morabatorum emphyteuticaria in hortis, & vineto de alodio ecclesie non comprehenduntur in sententia arbitraria, quæ disponit quintum pro laudemio de heri solui de alienatione prædiorum alodialium ecclesie existentium in hortis & vineto imò reuincunt in dispositionem directæ generalis consuetudinis in prima eius parte qua statutum est quod soluunt tertium directum siue simplex ex toto pretio & intrata. Ex pmissis à prima cellula luc-

usque dictis, remanet expeditum & declaratum qualiter laudemia solui debeant ex alienationibus onerosis quando in prædio siue urbano siue rustico nō est nisi vnus dominus ecclesiasticus alodialis & emphyteuta alienans & non sunt aliqui domini medij vnus vel plures. Sed quia sepe imò multo sæpius contingit, qd in prædio siue urbano, siue rustico sunt domini medij vnus vel plures infra dñm alodiale. & hoc casu nihil fuit dictum saltem ita extensius vt vellem et est casus, qui aliqua habet notabilia, ideo explicando hanc materiam repeto hic dictam prædiorum diuisionem de qua supra dictū fuit, quod prædia quedam sunt urbana, & quedam rustica. item illam alodiorum diuisionem, quæ supra dictum fuit, qd alodia quedam sunt laicalia & quedam ecclesiastica, & dicta diuisione habita pro reposita dico, qd si in alodio laicali sunt vnus, aut plures domini inter omnes habent duos solidos pro qualibet libra totius pretij, siue intrate: & in istis laicalibus alodiis per vnitatem aut pluralitatem dñorū nō soluuntur pro laudemio magis aut minus. Sed si in alodiis ecclesie sunt plures dñi, videlicet, vnus dñs alodialis ecclesiasticus & vnus aut plures dñi medij successiue vnus post alium tunc dñs tallo dialis ecclesiasticus in p̄diis urbanis nō recipiet septimā partē, prout dictū est supra in prima cellula. Sed recipiet tertiam partē Septimi quæ est vndecim denarij vna pugelia & vnum septenum pugelia pro qualibet libra totius pretij & in prædiis rusticis non recipiet quintum, sed recipiet tertiam partem quinti quæ est sexdecim denarij: & in vitroque prædio ipsi domini medij siue sit vnus siue sint plures recipient de cœcto denarios pro qualibet libra in venditionibus in concessionibus vero in emphyteusim in alodiis laicalibus idem est, qd in venditionibus quo ad dominos medios, sed quo ad dominum alodiale ecclesiasticum ipse dominus alodialis si solus est recipiet quartā partem intrate quæ est quinque solidi, pro qualibet libra. Sed si cum domino ecclesiastico sunt domini medij ipse ecclesiasticus non recipiet nisi tertiam partem quartæ partis, quæ est sexdecim denarij. Ex quibus rectè intuenti colligitur vnum valde notabile & perpetuo

menti tenendum videlicet, quod utilius est emphyteuta vendenti quod in praedio quod est allodium ecclesiae sint domini medij vnus vel plures quam si non est nisi ipse dominus allodialis ecclesiasticus. & ista utilitas conuulsi in soluendo minus plus enim soluit emphyteuta pro laudemio, si non est nisi solus dominus allodialis ecclesiasticus, quod si cum eo sunt domini medij vnus, vel plures quonia quando in praedio urbano sunt

17 domini medij vnus vel plures ipse dominus allodialis recipit vnde decem denarios tertiam partem vnus pugelie, & tertiam partem vnus septenni pugelie, ipsi domini medij siue sit vnus siue sint plures inter omnes recipiunt decem octo denarios, quae duae quantitates summam capiunt duorum solidorum quinque denariorum tertiae partis vnus pugelie & tertiae partis vnus septenni pugelie & sic vsque ad duos solidos, & decem denarios & vnus pugelie & vnus septennium pugelie, quam quantitatem reciperet dominus allodialis ecclesiasticus, si solus esset desunt quatuor denarij, duae partes siue duo tertij pugelie & duo tertij vnus septenni pugelie qui quidem quatuor denarij duo tertij pugelie, & duo tertij vnus septenni pugelie remanent penes ipsam emphyteutam vendentem per legem sententiae arbitralis. in praedijs vero rusticis dominus allodialis si solus est recipit quatuor solidos, si vero sunt domini medij vnus, vel plures cum eo tunc ipse dominus allodialis ecclesiasticus recipit tertium quinti, quod est sexdecim denarij, & ipsi domini medij vnus vel plures fuerint recipiunt decem octo denarios, quae duae partitae summam capiunt trium solidorum, & decem denariorum & sic vsque ad quatuor solidos, quos reciperet dominus allodialis ecclesiasticus si solus esset desunt quatuor decem denarij qui remanent penes emphyteutam vendentem pro qua

18 libet libra totius pretij in tunc concessionibus vero in emphyteusim dictum est supra quod dominus allodialis ecclesiasticus recipit, et recipere debet quartam partem totius intrate quae est quinque solidi pro qualibet libra si solus est si vero sunt domini medij vnus vel plures cum eo tunc dominus allodialis recipiet quartam partem quartae partis quae est quindecim denarij & ipsi domini medij vnus vel plures fuerint reci-

piunt decem octo denarios quae ambe quae quantitates quae dantur domino allodiali & dominis medijs summam capiunt trigintatris denariorum vsque ad quinque solidos, quos dominus directus si solus esset reciperet, desunt viginti septem denarij, quos lucratur emphyteuta stabilis vel in emphyteusim dans. Et ex praemisissis colligo, quod in praedijs vrbanis soluuntur minus quatuor denarij duo tertij pugelie & duo tertij vnus septenni pugelie, & in praedio rustico quatuor decem denarij, & in stabilimentis siue in emphyteusim concessionibus duo solidi & tres denarij. & scio, quod ista computatio multos turbauit qui putantes non posse fieri, & nescientes venire ad intelligentiam huius differentiae facti sunt desertores huius computationis, & committentes se quibusdam scartapatibus praedecessorum suorum, quae in suis formularijs habent, aliquando plus, aliquando minus debito exegerunt et exigendum consuluerunt & ratio est quia dicta sententia arbitralis, disponit, quod cum dominus directus allodialis ecclesiasticus est solus recipiat in praedio urbano septimum, & in rustico quintum ex venditionibus, & quartum in concessionibus in emphyteusim. Sed si simul cum ipsis dominis allodialibus ecclesiasticis sunt domini medij vnus vel plures dicta arbitralis sententia disponit, quod tunc non recipiant, nisi tertium septimi, & tertium quinti, & quartum quarti. Privilegiu autem R. Pet. ij. disponit quod laici non recipiant siue sit vnus siue sint plures nisi decem octo denarios, & sic per dicta iura fit dicta minor solutio & illud quod minus soluitur cedit in utilitatem solventis scilicet venditoris cui onus soluendi laudemium cedit & quamuis omnia hucusque dicta loquuntur in alienatione praediorum & nihil fuit dictum, quando aliquis dominus medius suam mediam dominationem vendit: & hoc casu aliquis posset dubitare ideo ne remaneat intactus dico, quod eodem modo est soluendum laudemium ipsis dominis vno vel pluribus existentibus supra ipsum vendentem sicut dictum est in venditionibus praediorum hoc addito quod domini medij inferiores ipso vendente seu alienante nihil debent habere de dicto laudemio. Adde etiam, quod si contingat, quod vnus dominus medius vendat suam domi-

natio

nationem mediam domino supra se immediate existenti siue cors à cors quod ipse dominus emens non potest habere aliquam partem laudemij, vt probatum est supra in preliudis. Quibus autem dominis superioribus, vel inferioribus possit ipsa mediana dominatio vendi hoc clare patebit ex dictis in quarta principali questione vbi est proprius locus.

Ex titulo lucratiuo soluitur medium tertium, & medium laudemium de iusto valore rei.

Summa capita.

1. *Vt laudemium ex lucratiuis deberi 6.*
2. *Lucratiuorum quantum laudemium. 7. 13. 25. 33.*
3. *Emphyteutica moribus alienabilis. 21.*
4. *Argu. à contra. sensu ius. et inefficacia 5.*
5. *Solidus quanti estimatus.*
6. *Foriscapium quatenus accipiendum.*
7. *Tertium simplex qui accipiendum.*
8. *Medium tertium quantum.*
9. *Medium tertium cui debitum.*
10. *Medium tertium quantum.*
11. *Auaritie in commodum.*
12. *Erroris causa, corruptio.*
13. *Laudemia excessiua exigentium poena.*
14. *Detrahitio contra naturam.*
15. *Laticus cum ecclesia quando eodem iure censendus.*
16. *Allodium multiplex.*
17. *Quilibet uerbi acceptio.*
18. *Consuetudinem que probent.*
19. *Consuetudo Barcinone quatenus extensa, an non.*
20. *Laudemiorum solutione quid spe etiam.*
21. *Forenses quando et in quibus civilis pares. 31.*
22. *Ciuitatis appellatione quid ueniat.*
23. *Forenses quando ciuium beneficio non gaudeant. 30.*
24. *Lucratiuorum laudemia forenses soluant, ciues no item.*
25. *Emphyteuca qui transigat. 35.*

Septima Cellula.



T quoniam tam dictum est supra, quia laudemia tertia, seu foriscapia ex titulis onerosis solui debeant, nunc sequendo ordinem supra inserta consuetudinis generalis, quae vna ex vntatis Gerudae dicitur, que in to-

ra Catalonia à Lupricato citra seruatur, & etiam in multis aliis locis ultra dictum Lupricatum prout pluries vidi & tota die vido. Nunc est tractandum, qualiter laudemia tertia, & foriscapia solui debeant ex alienationibus lucratiuis videlicet donationibus inter viuos vel causa mortis institutionibus legatis substitutionibus vinculis fideicommissis & aliis alienationibus factis in trasuerfales vel extraneas personas.

1. *† Nam hoc verum est, quod ex dictis alienationibus lucratiuis debetur domino siue dominis laudemium tertium, seu foriscapium vt in dicta consuetu. generali supra inserta ibi secundum ius † est medium tertium, & medium laudemium & in constituto. R. Pet. iij. c. iij. item ne super laudemio & in commemo. Pet. Albert. ca. si algu ha hom o vassall & in constituto. R. P. j. hęc est pax §. nullus Christianus & in hoc concordant omnes practici doctores videlicet Guliel. de Vallelica in vfa. si quis fuit feudum. & Jac. Marquel. in eo. vfa. & Io. de Succarra. in c. cautum. & vide que infra notata sunt in duodecima cellula tractando de laudemio duplicato debito ex titulo lucratiuo, & communiter omnes doctores in iure ciuili scribentes hoc tenent in l. si. C. de iure emphy. & in c. potuit. extra de locato. & in pluribus aliis locis. & facit aperte c. j. priuilegij recognouerunt proceres inducendo ipsum capitulum. j. per arg. à contrario sensu hoc modo ibi enim dicitur esse consuetudinem antiquam in iure municipali Barcinonae quod quilibet poterat*
3. *legare † donare in testamento, vel donatione causa mortis, vel inter viuos, vel quocumque alio titulo res, quas pro alio tenet in emphyteusim sine firmamento, & consensu domini ergo extra dictam ciuitatem, vbi non est talis antiqua consuetudo ex dictis titulis debetur laudemium. Et quod hoc argu. à contrario sensu in iure sit validum*
4. *& fortissimum † non est dubium ex quo non reperitur contrarium per aliud statutum inductum quo casu si esset aliud statutum contrarium non valeret vt in l. ij. C. de conditio. inser. Nec obstat si corrigatur aliqua lege iuris comunis. Ita tenet Paul. de Castr. in l. conuenticulam. C. de episco. & cleri. per rationem, quam ibi adducit & etiam, ex quo non resultat prauus, aut absonus intellectus vt in j. §. huius rei. ff. de officio*

officio eius, cui mandata est iurisdic. & in l. qui testamentum. §. mulier de testamentis. & in c. cum apostolica. de his, quæ sunt à præla. sine consensu capi. & not. in c. in causis. de electio. quod etiam habet locum in statutis secundū veram opinionem videatis in dicto capitulo cum apostolica. et per Ange. consili. 210. in vlt. co. & per doctores legistas in l. j. ff. de officio eius cui mandata est iurisdic. per modernos & in effectu concludite, q̄ argu. à contrario sensu in statutis est ¶ validum secundum Bal. in l. conuenticulum. C. de episcopis & clericis post Cy. & Dy. licet Bart. aliter voluerit in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. Sed tenenda est opinio Cy. & Dy. & Bal. & sequacium per l. cum inter focerū. ff. de pac. dota. videte Ludouicum Roma. consilio 399. incipien. vt præfens cōsultatio & eundem Bar. in l. impossibilis. ff. de pac. et præsertim in nostro casu erit validum: quia iuuatur, & corroboratur per suprā insertam consuetu. & per constitutionem generalem R. P. iij. c. iij. itē ne super laudemio, & per pragmaticam quoniam dignē regnat, & per dictum. §. nullus Christianus in constituta. hæc est pax, quibus statutis cauetur q̄ ex donationibus in transuersales debetur laudemium. ¶ et q̄ ex dictis titulis lucratiuis debeat laudemium nulli dubiū est: imò omnes vnanimiter, & pleno ore fatentur: tamen, quia in quantitate exigenda sunt variæ practica, ideo verò in dubiū quod laudemium hoc est, quæ quantitas sit illa, quæ pro dictis alienationibus lucratiuis debeat. Et anteq̄ ad hoc veniā, est sciendum, q̄ siue alienatio fiat titulo lucratiuo inter collaterales, siue inter personas penitus extraneas inter quas nulla est differentia in quantitate, quæ soluenda est nec parentela siue sanguinis coniunctio, quia personæ sunt extraneæ faciunt in quantitate soluenda differentiam aliquā: imò omnes æqualiter solvunt. Hoc præmissis quæro quomodo laudemium debeat ex titulo lucratiuo: Et certē in feudis hoc est clarum & siue aliquo dubio per constitutionem Re. Pet. iij. c. iij. item ne super laudemio, quæ ad vnguem seruatur vbi statuitur ¶ quod dentur duo solidi pro qualibet libra pretij feudi. Sed in rebus emphyteuticariis, in quibus dicta constitutio non fuit recepta laudemium est soluendum iuxta disposi-

tionem supra insertæ consuetudinis generalis Catalonia, quæ vna ex vltimis Gerunde dicitur & sic in dicto casu iuxta dictam consuetudinem debetur medium tertium, & medium laudemium: & hoc est verisimum & nullus hoc negat. Nullus etiam negat, quod medium laudemium non sit vnus solidus pro qualibet libra: capiendū laudemium in sua propria, & stricta significatione. Nam si laudemium est decima pars valoris rei feudalis iuxta dictam constitutionem R. Pet. iij. c. iij. item ne super laudemio necessario sequitur quod vnus solidus ¶ est medium laudemium pro qualibet libra. Sed cum ex dicta consuetudine generali Catalonia supra inserta nos consideremus esse duplex tertium siue ¶ foriscapium vnum scilicet, quod dicitur simplex siue directum secundum primam partem primæ partis dictæ consuetudinis: & aliud quod dicitur tertium auant secundū secundam partem primæ partis dictæ consuetudinis nunc vertitur in dubiū de quo tertio sit intelligendum an de medio tertio directo vel simplici, quod est de sex solidis vnus, an verò de medio tertio auant qd' est de sex. tres. Et scio q̄ multi in hoc casu tenent esse soluendum medium tertium auant, dicendo, quod debent solui de centum triginta prout sunt omnes doctores & notarij ciuitatis & diocesis Gerunda, & nonnulli ex nostris notariis Barcinonæ. Sed ego omnium ita tenentium salua pace & honore dico esse erroneum & à veritate deuium, nam imò de tertio ¶ simplici siue directo inteelligendum est ita, quod si res emphyteuticaria aliquo ex dictis titulis lucratiuis alienata fuerit in transuersales vel extraneas personas & erit valoris cētum librarum medium tertium erit xvj. librarum. xij. solidorum & quatuor denariorum qui sunt medietas triginta trium librarum sex solidorum & octo denariorū: qui quidem xxxij. lib. sex solidi & octo denarij sunt tertia pars directa & simplex dictarum centum librarum. & caueat, ne aliquis pertinaciter asserat quod in suprā posito casu medium ¶ tertium est viginti quinque librae, quæ sunt medietas quinquaginta librarum, quæ quinquaginta librae sunt medium tertium auant de pretio centum librarum: quia non est ita computandum vt ex alienatione facta titulo lucratiuo debeant

beant solui de centū libris pro medio tertio. xxv. libra. xij. solidi. iij. den. & sic secundum istam computationem inter medium tertium, & medium laudemium dabitur domino de pretio centum librarū viginti & vna libra. & tredecim solidi, & iij. dena. videlicet pro medio tertio directo dictæ xvj. libra. xij. solidi. iij. den. & pro medio laudemio directo quinq; libra: & sic secundum hanc nostram computationem medium tertium, & medium laudemium erit pro qualibet libra totius valoris rei alienatæ dicto titulo lucratiuo, quatuor solidi, & quatuor denarij, & ita tenet, & cōputat Grutelmus de Vallelic. in dicto verli. si quis suum feud. vbi dicit, quod t̄ laudemium ex titulis lucratiuis in feudis erat olim pro qualibet libra quatuor solidi, & quatuor denarij de consuetudine antiqua Cataloniæ loquendo de supra inserta consuetudine generali Cataloniæ. Sed hodie dicit, quod ex feudis ex titulis lucratiuis est decima pars, subaudi, iusti valoris rei per constitutio. R. Pet. iij. ca. iij. Item ne super laudemio inueni ibi dictus Grutelm. de Vallelic. quod antequam esset facta dicta constitutio. Item ne super laudemio. &c. feuda & emphyteutes super solutione laudemiorum parificabantur, & soluebantur iuxta supra insertam antiquam generalem cōsuetudinem, quæ vna ex vsantij Gerundæ dicitur, & quod postea fuit facta dicta constitutio. Item ne super laudemio, quæ hodie seruatur in feudis soluendo duos solidos pro qualibet libra repulsa dicta cōsuetudine antiqua, que in solutione laudemiorum rerum emphyteuticarum adhuc seruatur, & in rebus emphyteuticalibus dicta constitutio non fuit recepta: & ita attestatur Thom. Mieres in dicta cōstitutione. Item ne super laudemio. Eandem computationem, quam tenet, dicit esse faciendā idem Thomas Mieres in cōstitutione R. Alfonsi. 4. ca. Item commemorans fol. 3. col. 4. & Ioannes de Succarratis. c. cautum. pagi. 367. nume. 72. & (vt os contradicētium omnino claudatur) aduertant ad verba posita in ipsa consuetudine generali, quæ timens auaritiam dominorum, quam reprehendit Imperator in l. fin. C. de iure emphyteu. §. ne auaritia tenet. ne aliquis intelligeret de medio tertio auant seipsam declarans, dicit de quo

medio tertio ipsa loquatur subiungēs hæc
 14 verba, scilicet, est t̄ medium tertium, medietas directi tertij, si directi tertij, vt ipsa dicit: ergo non est medietas tertij auant, & medietas laudemij directi est medium laudemium aperte dicens, quod medium tertium de quo ipsa loquitur est intelligendū de directo, & simplici & medium laudemium, de quo ipsa loquitur, intelligitur de medio laudemio proprie & stricte laudemium capiendo, quo casu, scilicet si laudemium proprie capiatur sunt duo solidi, pro qualibet libra quid (quæso) apertius & magis clarè dici potest? Ex quo restat consula opinio illorum, qui dicunt, quod in alienatione ex titulo lucratiuo debetur medium tertium auant, & medium laudemium, & sic de pretio centum librarum xxx. libra putantes nihil dicere cū de vno cōputo ad aliud sunt viginti denarij plus vel minus pro qualibet libra. Nam qui dicunt medium tertium auant deberi solui, dicunt sex solidos esse soluendos pro qualibet libra, hoc est, quinq; solidos pro medio tertio auant, & vnum solidum pro medio laudemio. Qui verò dicunt esse soluendum medium tertium directū, dicunt quatuor solidos, & quatuor denarios esse soluendos pro qualibet libra, hoc est tres solidos, & quatuor denarios pro medio tertio directo & vnum solidū pro medio laudemio, & hic repetere ea quæ dicta sunt supra ante figurā, vbi tractatur de laudemio soluendo ex cōcessione in emphyteusim.
 15 Restant igitur t̄ confusi, & viciu talia consules, quos cupiditas, seu auaritia ita obcecavit, vt, relicta vera interpretatione, & intellectu, erroneum sensum sequuti sunt. Scio enim, quod notarij ciuitatis & diocesis Gerundæ habēt in ipsa ciuitate & diocesis cōsuetudinem computantem modo, quo ipsi computant sed illam consuetudo computat isto nostro modo: sed ipsi de teriorem elegerūt modum: & in hoc sunt culpabiles. Et cū prædicti notarij sunt peritissimi, & in materia laudemiorū multum versati, diligēter & à pluribus perquisiui, quæ eorum errori causam dedit: tandem inueni, quod consuetudinem ipsam
 16 t̄ habent corruptam in compilatione vsantiarum Gerundæ, & ita ipsa corruptio eorum errori causam dedit. Sed eos deprecor, vt eam ad veram literam reducant. Caueant

ueant igitur domini, laudemia non debita,
 17 vel excelsiua recipientes: T quia nō dimit-
 titur peccatū nisi restitatur ablatum. xiiij.
 q. vj. c. li. res aliena. & in ca. peccatum. de re-
 gu. iur. lib. vj. & ibi Alberi. de Rosa. Car-
 dina. & Ioan. Andr. & dicit beatus Augu-
 stin. in lib. de verbis Domini. c. xx. si in ignē
 mittitur, qui non dedit rem propriam, vbi
 putas mittendus erit, qui inuasit alienam.
 Si cum diabolo ardet, qui nudum non ve-
 stiuit, vbi putas arsurus est: qui alium spo-
 liauit. Propterea Cicero officiorum libro
 18 iij. ca. v. dixit, † Detrahere aliquid alteri &
 alterius incommodo suo comōdum au-
 gere, magis est cōtra naturā, quā mors,
 quā dolor, & cætera, quæ possunt cor-
 pori accidere. Plautus in Penulo dicit, Ma-
 le partū, male disperit. Cui simile est illud
 Senecæ ad Lucillum, Epistola 71. nulli ve-
 ro cui rapina cessit feliciter, gaudium du-
 rauit in posterum, quia isti rapaces tollun-
 tur in altum, vt lapsu grauiori ruant. Ca-
 ueant etiā talia consulentes, quia tenen-
 tur de malo consilio, vt tenet Ioannes An-
 dreas in ca. super. de senten. excom. & Bar-
 to. in l. non ideo minus. C. de accusa. & Fe-
 li. in d. ca. super. in ij. ver. in glo. ij. in princ.
 & Dinus in cap. nullus. de regul. iur. in vj.
 Et hæc omnia huc usq; dicta, sunt intelli-
 genda in prædijs, & censualibus emphy-
 teuticarijs existentibus extra ciuitatē, hortis
 & vinetum Barcinonæ. Sed in existen-
 tibus in ipsa ciuitate hortis, & vineto Bar-
 cinonæ, est aliter statutum per iura seu sta-
 tuta propria ipsius ciuitatis ad quæ intelli-
 genda ego reperio, quod dominus Rex
 19 Petr. ij. anno Domini M. cccxxij. † con-
 cessit ciuibus, & habitatoribus Barcino-
 næ priuilegium vulgō dictum, recogno-
 uerunt proceres, in quo sunt plura capitula
 la quibus indifferēter vtūtur seculares, &
 ecclesiastici: & ab vtriusq; inuolubiliter sta-
 tur: nec mirum, quia tunc temporis non-
 dum erat cognita illa aliodiorum differen-
 tia, de qua supra in præcedenti cellula, ac
 20 in præludijs fuit dictum, † quod alodia
 quædam erant ecclesiæ, & quædam laico-
 rum, & inter cætera capitula in dicto pri-
 uilegio posita est primum capitulum, ex
 quo clarè percipitur, quod in ipsa ciuitate
 Barcinonæ non solum tempore concessio-
 nis dicti priuilegij recognouerunt proce-
 res erat cōsuetudo in ciuitate, et suburbijs

proximis, q; ex titulis lucratiuis non solue-
 retur laudemiu, sed etiā iam multo ante vt
 in ipsa prima locali siue ca. ibi antiquā esse
 consuetudinē, & sic per dictā primā loca-
 21 lem † quilibet potest dare, et legare in testa-
 mento, vel donatione inter viuos vel quo-
 cūq; modo voluerit res, quas tenet p alio
 in emphyteusim, sine firmamēto & cōten-
 su domini, & ex cōsequenti line laudemio
 aliquo, & ego pōdero verbum quilibet in
 dicta prima locali positū, quod indefinite
 loquitur, & in definita æquipollet vniuer-
 sali, vt in l. si ita. ff. de lega. ij. & ibi Barto. &
 Guisiel. de Valle. in vfat. li quis suū feud.
 22 et indefinite per verbū † quilibet, maximē
 cū à lege est prolata, stat distributiue, &
 nō collectiue secundū glos. & Barto. in l. si
 plurib. ff. eo. ti. & post q; stat distributiue
 cōprehendit tam ciues, q; forenses, & tam
 laicos, q; ecclesiasticos, & tam alodia laica
 lia, q; ecclesiastica: & ex cōsequenti tam ci-
 ues q; forenses habētēs prædiā, & honores
 intus ciuitatē Barcinonæ, & in suburbijs
 proximis, & immediatē cōtinguis illa ali-
 enatēs titulo lucratiuo non soluūt nec solue-
 re tenētur laudemiu aliquod, & ita practi-
 catur, & talis est consuetudo, quæ est opti-
 ma legū interpret, vt in l. si de interpretatio-
 ne. & in l. minimē. ff. de legib. & prædictā
 23 consuetudinē videntur innuere, & proba-
 re clausulæ † sumptæ à sententiā arbitrari, vi-
 delicet, in illis verbis vel alia alienatione,
 de qua laudemiu recipi consueuit, quasi di-
 cens, quia de titulis lucratiuis erat iam tūc
 consuetudo, q; non soluerentur laudemia
 24 prout & nūc est. Et ista prima localis † in
 ciuibus & habitatoribus Barcinonæ extē-
 dit in hortis, & vineto Barcinonæ, eō præ-
 ferū, quia ciuitas accipitur aliquādo pro
 vniuersitate ciuium, & hominū multitudinē so-
 cietatis vinculo adunata. Card. in clemen-
 tud. §. extra. j. q. de sepul. & Dominicus
 de sancto Gemi. in c. si ciuitas. in vj. de sen-
 ten. excom. Sed non exten ditur in forensi-
 bus, & extraneis, imō ipsi forenses, & ex-
 tranei in alodijs ecclesiæ incidūt siue remā-
 ferūt, in dispositionē supra insertæ cōsuetu-
 dinis generalis Catalonia, in secūda parte
 principali eiusdē in qua cautū est, q; ex ti-
 tulis lucratiuis soluatū mediū tertium, &
 mediū laudemiu, & in alodijs laicorū inci-
 dūt in dispositionē dicti priuilegij. R. Pet.
 ij. de decimo soluendo, per quod priuile-
 gium

gium quo ad alodia laicorum, quæ sunt in ciuitate suburbis, hortis, et vineo dicta consuetudo fuit correctæ. Et sic medium

25 ¶ Laudemium ex titulo lucratiuo soluetur sumendo laudemium strictè, & in sua propria significatione secundum text. constitutionis R. P. iij. c. iij. item ne super laudemio curiæ Ceruarie & hoc est, quando forenses, et extranei titulo lucratiuo acquirunt prædia & honores existentes in hortis & vineo quia vt supra dictum est in

26 præcedenti cellula ¶ in solutionibus laudemiorum semper debet inspicere persona cui cedit onus soluendi laudemium, quæ quidem laudemij solutio, quibus in titulis onerosis cedat venditori, vt supra dictum fuit in v. preludio tamen in titulis lucratiuis cedit acquiritori iuxta notata per Iaco. Marquel. in vfa. si quis suum feudum. Sed quæro nunc cum forenses, & extranei intra ciuitatem, & suburbia proxima comprehenduntur in alodiis ecclesie quare intra hortos, & vinetum excludantur in eisdem alodiis huic questioni respondens dico, ¶ quod priuilegium recognouerunt proceres tam forenses, quæ ciues comprehendit in ciuitate & suburbis sed in hortis, & vineo quia prima localis dicti priuilegij non loquitur nisi in ciuitate expressè et in suburbis propter connexitatem, coherentiam, & contiguitatem eo præsertim quia appellatione

28 ¶ ciuitatis comprehenduntur plerumque suburbia, vt supra dictum est, & probatum & non extenditur ad hortos, et vinetum. Præterea priuilegium recognouerunt proceres, quo ciues & habitatores sunt franci, non fuit obtentum per extraneos neque eis directum, sed per ciues, & habitatores Barcinonæ: capropter non operatur forensium & extraneorum fauorem: quia actus agendum non operantur ultra eorum intentionem vt in l. non omnis. ff. de rebus creditis. et in l. si his qui in fine. ff. commo. & ibi Bart. & Ange. in §. præterea. in ff. de exceptio. & intentio agentium colligitur ex verbis eorum vt in l. non aliter. ff. de leg. iij. & sic cum priuilegium, quod recognouerunt proceres nihil dicat de extraneis, nec ipsi extranei ipsum obtinuerunt, cõsequens est,

29 vt ipsi forenses, & extranei ¶ non gaudeant nisi in titulis ciuitatem & suburbia Barcinonæ in quibus locis dictum priuilegium per consuetudinem, quæ est optima legum in-

terpres sic interpretatū est, vt ipsi forenses, & extranei gaudeat. Præterea appellatio, ne ciuium non comprehenduntur comitates, saltem in priuilegiis, quæ cum sint iuri contraria in eis strictè facienda est interpretatio, ita tenet Bar. in l. j. ff. de verbo. signifi. & in l. beneficium. ff. de cõsti. prin. et idem in l. si finita in §. ex hoc edicto. ff. de dāno infecto, vbi dicit, quod si priuilegium concessum castro, vel ciuitatino est cõtra ius merito ampliatur ad adiacentia, sed cū dictum priuilegium sit non solum contra ius comune sed etiā municipale nostrum, ergo ampliari non debet ad adiacentia maxime quia sicut præiudicialia iuribus aliorum quia tunc semper strictè sunt intelligenda, ita tenet Panor. consil. j. lib. j. & sic cū dictum priuilegium recognouerunt proceres ¶ non extendatur ad forenses & extraneos, ea ratione ipsi forenses & extranei acquirentes prædia in hortis, & vineo titulo lucratiuo tenentur soluere, videlicet, in alodiis ecclesie medium tertium & medium laudemium pro qualibet libra totius valoris rei quod est quatuor solidi & quatuor denarii pro qualibet libra, & in alodiis laicorum tenentur soluere medium laudemium tantum quod est vnus solidus pro qualibet libra totius valoris rei capiendo laudemium strictè. Sed hic moro dubium, & dico cum in prædiis laicalibus forenses, & extranei in omnibus, et per omnia in titulis onerosis tractentur sicut

31 ¶ ciues, & habitatores Barcinonæ quare ipsi forenses, & extranei in eisdem alodiis laicalibus existentibus in hortis & vineo in titulis lucratiuis non sunt franci sicut ipsi ciues, & habitatores Barcinonæ qui in eisdem titulis lucratiuis neque in ciuitate, neque in hortis nec vineo nihil solunt & reddendo diuersitatis ratione responderetur, quod eo fit, quia priuilegium R. Petr. ij. quo inducta fuit solutio decimi comprehendit tam forenses, & extraneos quæ ciues, & habitatores Barcinonæ quia est directum loco, et non personis & sic omnes in illo loco existentes comprehenduntur. Sed priuilegium recognouerunt proceres in prima eius locali, quod dicitur rigitur ciuibus & habitatoribus Barcinonæ quo ciues & habitatores Barci. in titulis lucratiuis excusantur ¶ ad laudemium solutione non extenditur ad extraneos & forenses & propterea ipsi forenses, & extranei in ipsis hortis et vineo non sunt franci imò te-

nentur soluere & haberent soluere mediū
 tertium, & medium laudemium iuxta ge-
 neralem consuetudinem Cataloniae supra
 insertam: sed quia dicta generalis consue-
 tudo in alodiis laicorum est correctā per
 dictum priuilegiū R. Pe. ij. in ciuitate sub-
 urbiis, hortis, & vineo ad solutionem de-
 cimi ideo non soluunt ipsi forenses & ex-
 33 tranei in ipsis titulis† lucratiuis nisi vnū soll-
 dum pro qualibet libra, & ista est ratio di-
 uerſitatis, quare forenses & extranei non
 parificantur cum ciuibus, et habitatoribus
 in hortis, & vineo, quāuis parificentur in
 ciuitate, & suburbis proximis in omnib.
 titulis tā onerosis, quā lucratiuis. Et quia
 saepe contingit, q̄ super re emphyteutica-
 ria ipse emphyteuta transigit forſan rem
 34 † iuxta causa transactionis alteri puta aduer-
 sario transferendo aliquo sibi dato, vel re-
 tento aut rem penes se retinendo aliquid
 aduersario dando, vel faciendo quaeritur,
 an hoc facere possit emphyteuta: Et dico,
 q̄ emphyteuta ex titulo transactionis non
 potest rem alteri transferre sine consensu
 domini, q̄ si secus fecerit cadit re aut inci-
 dit in pœnas iuris huius patriæ. Secundo
 35 casu scilicet quando † transigit rem penes
 se retinendo, & aduersario aliquid dando
 vel faciendo dicas, quòd hoc potest fa-
 cere emphyteuta sine consensu domini,
 & hoc vltimo casu non debetur domino
 aliquod laudemium tertium seu forſcapium.
 ita tenet Iaf. Mayn. in l. fi. C. de iure
 emphyt. nume. 221. q. x. & latius Iacob. de
 sancto Georgio in tractatu de feud. in ver-
 bo cum pacto. Secundo in ver. subſeque-
 ter ſibi plura allegans, & latius Bal. in con-
 ſil. 347. lib. ij. vbi hæc latius diſputat.

Ex speciali obligatiōe, seu
 impigneratione debetur medium
 laudemium tertium, seu
 forſcapium.

Summa capita.

- 1 Feuda inalienabilia.
- 2 Correlatiuorum mutua extenſio.
- 3 Emphyteutica impigneranda.
- 4 Prohibito conſequenti prohibetur antecedens.
- 4 Emphyteuticum qui pignoranandum.
- 5 Alienationis perpetuæ quantum laudemium. 7. 11. 18.

- 6 Obligationis ſpecialis quantum laudemium. 8. 9. 11. 14.
- 10 Similium idem ius.
- 13 Libræ ſingule quantum exigant laudemij.
- 15 Medium tertium cui, & quando debitum. 31.
- 16 Medium tertium quanti ſit.
- 17 Laudemium lucratiuorum hodie quantum.
- 20 Tertium auant quo caſu ſoluendum. 21.
- 20 Tertium auant quantum.
- 21 Pignorationum qui hic accipienda.
- 21 Pignorationum que an non iucita.
- 24 Feudum alienatione non amitti.
- 25 Empara qui fiat.
- 26 Realitas quando non quaeratur.
- 27 Verba qui intelligenda.
- 28 Hypothecæ ſpecialis uis. 30.
- 29 Tradere qui cogendi non ſint.
- 31 Obligatum ſpecialiter duobus quis præripit. 32.
- 31 Ratihabitio quando retrò non trahatur.
- 34 Confirmationi neceſſaria.
- 35 Septimum ex quibus, & quando debitum.
- 37 Medium laudemium quantum.
- 38 Ruſtici quantum pro obligationibus ſoluant.

Octaua Celfula.



Equendo ordinem ſu-
 pra inserta generalis
 conſuetudinis Catalo-
 niæ, que vna ex vltimis
 Gerundensis à quibus-
 dam dicitur nūc ſuper-
 eſt declarata, quod lau-
 demium debeatur, quādo
 prædiā emphyteutica ſpecialiter obli-
 gantur ſeu impignerantur ad cuius debij
 declarationem eſt ſciendum† quòd feuda
 et emphyteuſes quemadmodum ſunt pro-
 hibita alienari & in alium transferri ſine
 conſensu domini vt in l. ſina. C. de iure
 emphyteuti. & in capitu. poruit extra de loca,
 & in vſa. ſiquis ſuum feudum. & in prag-
 matica domini Regis Petri primi quoniā
 dignè regnat & in conſtitutione Regis Pe-
 tri tertij caput. ij. item ne ſuper laudemio,
 & in ſententiā arbitrariā lata inter clerum,
 & ciues Barcelona & in capitu. Caſtella-
 nus, ſeu feudatariis in commemo. Petr.
 Albert. & ſibi Ioan. de Succarra. & in pri-
 uilegio recognouerunt proceres ca. 28. &
 in l. imperialem. de prohibita feudi aliena-
 tione per Federi. & his ſimilibus, quæ iu-
 ra licet aliqua loquantur in venditor &
 aliqua in emptore tantum idem diſpo-
 2 nunt† quia qua pœna punitur vendi-
 tor prohibitus alienare rem prohibitam
 eadem

eadem poena punitur emptor text. est in l. j. C. de cupressis ex ludo Daphnes lib. xij. & ibi Lucas de Penna, & Iustus Ioannes de Platea, & ibi etiam Bart. facit etiam q̄ emptio, & venditio sunt correlatiua, & in cor-
 relatiuis fit extensio de vno ad alium. l. fin. C. de indic. vidu. secundū Imo. in clem. j. de electio. & Bart. in l. i. C. de indic. vidu. vbi dicit, q̄ si poena imponitur vendenti frumē-
 tum in platea videtur apposita euenti, & ibi Bal. & in l. nemo martyres. C. de sacro-
 sanctis ecclesijs. vide alia iura allegata per Ioannem de Succarratis in cap. cautum. in
 3 commemo. Petri Albert. eodem modo sunt prohibita impignorari, & expresse
 obligari text. est expressus in ca. j. de prohibita feudi aliena. per Lotha. & in l. impe-
 riale. de prohibita feudi aliena. per Fede-
 ri. & in cap. vnico. §. fin. quibus modis feudum amittatur. & in extrauaganti Pauli
 Veneti secūdi ambitioſae cupiditati de re-
 bus ecclesiae non alienan. & in nostro iure
 municipalis, in constituto. R. Petr. j. §. nullus
 Christianus. & in Pragmatica R. Petr. j.
 quoniam digne regnat. & in constituto. R.
 4 Petr. iij. Item, ne super laudemio curie Cer-
 uariae. Et est ratio, quia si aliquid est pro-
 hibitum prohibentur omnia, per que veni-
 tur ad illud, vt in l. oratio. §. de sp̄salibus,
 & in glos. ibi, & per iura ibi citata, quare si
 emphyteuta vasallus, vel feudatarius ali-
 quando vult impignerare vel specialiter
 rem feudalem vel emphyteuticariam obli-
 gare hoc facere non potest sine consensu,
 & voluntate domini, & in hoc casu domi-
 no pro consensu debet dari laudemium,
 quod hodie est in feudis vigesima pars e-
 ius quantitatis, pro qua res feudalis specia-
 liter obligatur text. est ad literam, & serua-
 tur in constituto. R. Petr. iij. ca. iij. Item ne su-
 per laudemio. §. si impero. & ibi Thomas
 Mieres in versic. ibi est quarta pars. In re-
 bus verò emphyteuticibus, in quibus di-
 cta constitutio R. Petr. iij. non fuit recepta,
 nec seruat, laudemium est duo denarij
 pro quolibet solido totius quantitatis pro
 qua ipsa res emphyteuticaria impignora-
 tur seu specialiter obligatur ita continetur
 in consuetudine generali Cataloniae supra
 inserta à practico de oſtoribus, vt supra di-
 ctum est commemorata in tertia eius prin-
 cipali parte ibi de solido duo denarij, qui
 quidem duo denarij pro quolibet solido,

sunt tres solidi, et quatuor denarij pro qua
 libet libra totius quantitatis, pro qua impi-
 gnoratur seu specialiter obligatur, & pra-
 dicti tres solidi, & quatuor denarij sunt
 medietas illorum sex solidorum, & octo de-
 nariorū, qui dantur pro laudemio pro alie-
 natione ꝓ perpetua, pro qualibet libra to-
 tius valoris rei: quod fit, quādo forensis &
 extraneus habens praedia, & honores de al-
 lodio ecclesiae in hortis, & vineo Barcino-
 nae illa vendit: quia dictus forensis, & ex-
 traneus ibi habens praedia de alodio eccle-
 siae illa vendens tenetur soluere domino v-
 num tertium directum siue simplex totius
 pretij, quod habuit de re, & ita effectuali-
 ter ex supra inserta consuetudine generali
 Cataloniae, & per eius computationē pos-
 sumus dicere, & elicimus, q̄ pro speciali
 obligatione ꝓ debetur medium laudemium,
 6 sed hoc, scilicet, quod pro speciali obliga-
 tione debeatur medium laudemium, non re-
 peritur cautum aliquo statuto seu regula,
 quae hoc dicat verbis rotundis siue for-
 malibus: nec potest elici seu inferri ex consti-
 tuto. R. Petr. iij. cap. iij. Item ne super laude-
 mio. Nam vicesima pars quae datur pro
 qualibet libra pro speciali obligatione to-
 tius quantitatis pro qua res feudalis spe-
 cialiter obligatur, seu impignoratur non
 est medietas illius quantitatis, quae datur
 pro laudemio integro tertio, seu forisca-
 pio, quando res feudalis perpetuo vendi-
 tur, seu alienatur: quia tunc soluitur tertia
 pars pretij pro laudemio, quae cum solua-
 tur per emptorē, sunt quinque solidi pro
 qualibet libra & dicta vicesima pars nō est
 medietas dictorum quinque solidorum et
 sic ex dicta constitutione non potest elici
 seu inferri, sed elicitur, & extrahitur à di-
 cta generali consuetudine Cataloniae nam
 7 si sex solidi & octo denarij sunt integrum
 tertium seu foriscapium pro qualibet libra
 in alienatione perpetua quādo res quae est
 in hortis et vineo venditur per extraneum
 & illi duo denarij qui dantur pro quoli-
 bet solido quando illa eadem res per eun-
 dem forensē specialiter obligatur sunt
 medietas dictorum sex solidorum & octo
 denariorum qui pro integro tertio dantur
 bene imo necessario & in vim computi
 elicitur & inferitur q̄ pro speciali obliga-
 tione debet dari medium tertium laude-
 mium seu foriscapium. Istis enim vocabu-

lis aliquando abutimur vt dictum est supra in preludio incipien. præmitto præterea q̄ per l. &c. Et quemadmodum isto casu dicimus q̄ pro speciali ꝑ obligatione debetur medium laudemium tertium seu foriscapium eodem modo & ab isto simili dicimus q̄ quando pro alienatione perpetua datur septimum q̄ tunc medium septimum est laudemium pro speciali obligatione & quando quintum datur pro integro laudemio tunc dicimus q̄ ꝑ medium quintum est laudemium pro speciali obligatione. & quando decima pars pretij est laudemium pro alienatione perpetua tunc dicimus q̄ medium decimum est laudemium pro speciali obligatione ꝑuis hoc non sit cautum aliquo statuto seu regula

10 qua hoc dicat formaliter ꝑ quia in his procedimus de similibus ad similia & ex idéitate rationis quoniam vbi eadem est ratio idem ius statui debet. L. illud. ff. ad l. Aquiliam & l. j. §. j. ff. de fonte. & l. iij. §. j. ff. de iniur. rup. test. Sed quaro cū ita sit quod quando tertia pars pretij est laudemium pro alienatione perpetua q̄ medium tertium est laudemium pro speciali obligatione et cum septima pars totius pretij est laudemium pro alienatione perpetua q̄ tunc

11 ꝑ medium septimum est laudemium, pro speciali obligatione & cū decima pars totius pretij est laudemium pro alienatione perpetua, q̄ tunc medium decimum est laudemium pro speciali obligatione. An à simili prædictorum, quando pro alienatione perpetua soluitur tertium auant quod est decem solidi pro qualibet libra totius pretij si tunc quinque solidi pro qualibet libra totius pretij seu quantitatis pro qua res specialiter obligatur erit medium tertium & videtur dicendum, q̄ sic à simili siue ab idétitate rationis: cū paritas rationis iuris paritatem inducere debeat, vt iuris supra allegatis, & l. i. reus. ff. de duobus reis & l. à Titio. ff. de verbo. obliga. Contrarium est verum videlicet q̄ tunc nõ

13 debeant solui quinque solidi pro ꝑ qualibet libra eius quantitatis, pro qua res emphyteutica impigneratur. Sed tres solidi & quatuor denarii probo per verba dictæ consuetudinis generalis supra insertæ ibi duo denarii pro quolibet solido quam computationem facit dicta generalis consuetudo se ipsam declarans timore ne in di-

cto casu cõputaretur mediætas tertij auant in speciali obligatione seu impignatione

14 & sic ꝑ illud medium laudemium, quod soluitur pro speciali obligatione non est, nec esse debet mediætas tertij auant, fed esse debet mediætas directi tertij eius quantitatis pro qua res impigneratur, vel specialiter obligatur et eodem modo dico

15 q̄ illud medium tertium quod pertinet domino, quando res emphyteutica donatur inter viuos aut in vltima voluntate aut legatur aut alio titulo lucratiuo vel ab intestato alienatur est & esse debet mediætas tertij directi totius valoris seu estimationis rei emphyteuticariæ & non mediætas tertij auant totius valoris rei quod probetur per verba eiusdem generalis consuetudinis supra insertæ in secunda parte principalis eiusdem, vbi dicit, q̄ est ꝑ medium tertium mediætas directi tertij & mediætas laudemij directi est medium laudemium. Si ergo est mediætas directi tertij non est mediætas tertij auant & propterea dicta consuetudo ne aliquis in dicto casu putaret, q̄ illud medium tertium, quod debet dari pro titulo lucratiuo esset mediætas tertij auant se ipsam declarans subiungit verba illa est medium tertium mediætas directi tertij &c. & ita sentit, et computat Guliel. de Valle. sic. in vlti. si quis suum feudum. fo. 89. col. j. vbi dicit, quod hodie in feudis pro titulo

17 ꝑ lucratiuo est laudemium vigesima pars valoris rei feudalis, sed olim de consuetudine antiqua loquendo de supra inserta cõsuetudine, quæ etiam in solutione laudemiorum proueniendum ex alienationibus feudorum seruabatur antequam esset facta dicta constitutio item ne super laudemio sicut nunc seruatur in solutione laudemiorum proueniendum ex alienatione rerum emphyteuticarum ita, quod tunc pro ipsis feudis titulo lucratiuo alienatis siue acquisitis laudemium erat quatuor solidorum, & quatuor denariorum pro qualibet libra. & respondendo ad argumenta supra facta à simili siue ab idétitate rationis dico q̄ nõ est eadem ratio, q̄n soluitur tertium auant cū illa, quæ est in aliis casibus, aut septimum, aut quintum, aut tertium simplex, siue directum ꝑ alienatione perpetua Nã ꝑ in casu, quo ꝑ alienatione perpetua soluitur tertium directum aut septimum, aut v. aut x. tunc in pretio rei,

rei, seu pro pretio rei datur totus iustus va-
lor & aestimatio rei, cum tunc venditori ce-
dat onus solutionis laudemij. ¶ Sed in ca-
su, quo pro alienatione perpetua soluitur
tertium auant tunc pro pretio rei non da-
retur, nisi duae partes valoris rei residua ve-
ro tertia pars valoris rei remanet penes em-
ptorem, vt illam pro laudemio possit dare
domino directo: cum tunc emptori cedat
onus soluendi laudemium. In quocunque
19 enim casu, quo tertium auant pro laude-
mio debet solui, vt dictum est supra in vl-
timo praeludio. Et eodem modo in titulis
lucratiuis solet, & debet aestimari totus ius-
tus valor rei, & de dicto iusto valore de-
bet solui pro laudemio medietas tertiae par-
tis cum medio laudemio: et eodem modo
in speciali obligatione debent solui duo
denarii pro quolibet solido de tota quan-
titate pro qua res impignoratur. Et sic ra-
tio est diuersa: ¶ quia in tertio auant non
20 dantur nisi duae partes valoris rei pro pre-
tio in aliis autem casibus puta in tertio di-
recto septimo, quinto, & decimo datur p-
pretio rei iustus valor: & vbi diuersa est ra-
tio, ibi debet esse diuersitas iuris. I. inter sit-
pulantem. §. facram. ff. de verb. oblig. & in
l. fin. ff. de ritu nuptiarum. Et sic facio regu-
21 lam, qd tertium auant non debet solui, nisi
in alienationibus perpetuis, & onerosis.
Sed rursus quero, quare in tertio auant
non datur totus iustus valor rei pro pretio
sed duae tantum partes valoris rei in alijs ve-
ro sic dic, quod ratio est in proptu: quia,
quando datur tertium auant pro laudemio
emptor tenetur soluere laudemium, & pro-
pterea retinet penes se tertiam partem va-
loris rei, vt illam pro laudemio soluere pos-
sit, in alijs vero casibus, puta in tertio di-
recto septimo, quinto, & decimo debet sol-
uere venditor laudemium, & ista est ratio,
quae sufficit, quando lex deficit. ca. frustra.
distinct. viij. l. scire oportet. §. consequens.
ver. sufficit. ff. de excusa. tuto. Sed quero,
de qua obligatione, seu impignoratione lo-
quantur dicta consuetudo generalis, siue
22 vfrantia, & dicta constitutio R. Pet. ij. cap.
Item ne super laudemio, quae iura volunt,
quod pro ipsis specialibus ¶ obligati-
bus soluatur vigesima pars in feudis, et me-
dietas tertiae directi in rebus emphyteu-
cariis, an de impignoratione seu speciali obli-
gatione, quae consistunt in hypothea absq-

traditione rei, an vero de illis, quae consi-
stunt in impignoratione cum traditione
rei, & dic quod de illa, quae consistit in im-
pignoratione cum aequali, & reali traditio-
ne rei feudalis vel emphyteuticariae, ita te-
net Bald. in c. quibus modis feudum amitta.
& ibi praepositus, & idem praepositus in c.
de noua forma fidelitatis. dicit, quod per
inuestituram verbalem, etiam cum anulo
factam quis non adipiscitur possessionem,
quia est, vt dicit, inuestitura abusua idem
praepositus in §. praeterea. de cap. Corra. di-
cit impignorationem esse prohibitam, secus
23 ¶ autem dicit si fiat simplex impignoratio vel
hypotheo abique traditione possessionis
nis, quia vasallus ex hoc non incurreret pe-
riculum nec intelligeretur alienasse, & And.
de Yfern. in l. imperiale. de prohib. feudi
aliena. in verbo calidis. & hoc idem tenet
Yfernus & Specu. in tit. de loca. vers. 95. &
idem Bal. in l. imperialem. in §. aut li. libel-
lario. de prohibita feudi alienatio. per Fe-
dericum per Alienatum. in princ. ff. de ver-
borum signific. iuncta l. fin. C. de iure em-
phyteu. vbi etiam tenent Sal. & Albe-
ri. facit glo. in l. j. §. si rem depositam. ff. de
positi. Antonius de Butr. in cap. potuit. de
loca. Bald. in cap. j. denique. quae sunt pri-
ma causa beneficii. amittit. idem Bald. in l. ij.
C. vt in possessio. lega. Aluar. in cap. quid
iuris sit li. posit. aliena. vasallus recup. feud.
& in terminis Iacobin. de sancto Georgio
in tractatu feudorum, in verb. cum pacto
ij. vide quae infra latius notantur in fine duo
decimae cellulae, in vltimis duabus quae-
stionibus, vbi haec latius disputantur, probat
etiam tex. in vfrant. si quis habuit feud. quod
24 feudum per solam ¶ alienationem sine tra-
ditione non perditur: quia dicitur seruitium
posse peti tam a donatore, quam ab acce-
ptore. Quae verba praesupponunt realem
acceptationem possessionis, & tex. in consti-
tutio. R. Pet. ij. c. ij. Item ne super laude-
mio. ibi in verbo, realis impignoratio. hoc
etiam probat text. secundum Iacobum de
monte Iudai. specialiter loquens in impi-
gnoratione in constit. pacis & treuga. R.
Pet. j. §. nullus Christianus. & text. in Pra-
gmatica, quonia digne regnat eiusdem do-
mini R. Pet. j. & qd ita sit intelligendum te-
nent Doctores practici in dicto vfrant. si quis
suum feudum puta Iaco. de monte Iudai. Iaco.
de Vallelic. Iaco. Galicicus super verbo

impignerauerit, exponens realiter tradendo. Iacob. Marquel. in qō. 60. & Thomas Mieres in constituto. R. Pet. iij. cap. iij. Item ne super laudemio. in versu. fecus est ergo.

25 vbi dicit, quod ad hoc, vt empara ¶ realis fieri possit, requiritur quod possessio fuerit tradita, & translata: aliās antea non poterit fieri empara realis pro habendo laudemio impignerationis siue obligationis: & idem Thomas Mieres in constituto. R. Ferdinandi, vbi dicit, quod intelligitur de possessione facti corporei, & ratio potest esse, quod requiratur realis traditio: quia in feudo, & emphyteusi non constituitur pignus sine inductione in possessionē ita, quod possit agi hypothecaria. Ita tenet Mieres in eadem constituto, allegans Bald.

26 qui dicit, quod nulla ¶ realitas potest acquiri in feudo sine corporali inuestitura. Dicunt etiam Bald. & Præpositus in ca. j. quibus modis feud. amitt. quod in ijs non attenditur iuris effectus, sed animi voluntas cum effectu. Ratio est, quia ¶ verba debent intelligi cum effectu, vt in dicta l. j. §. fina. ff. quod quisque iuris. & in cap. relatum. extra de clericis non residentibus. & in ca. in his quæ ambiguntatem & attendentes de verbo. signifi. & multis similibus: & signatur longa Legistarum questio in l. fiduciosor. §. meminisse. ff. de lega. j. de implemēto laudi, quod intelligatur cum effectu ponit Alexā. in l. si quis hære dem. C. de inst. & substit. & Ange. in consil. 24. Con-

27 stantius Arcolani, & ista ¶ specialis obligatio cum traditione rei, & consensu domini est tanti effectus & efficacitæ, vt faciat creditorem posteriorem prioris & anteponi creditori priori habenti etiam expressam & specialem sine cōsensu domini, ita tenet Iacobus Marquel. in vfa. si quis suū feud. & faciunt ea, quæ infra dicuntur in fine primæ principalis quæstionis, vbi agitur, de qua possessione debeatur laudemium duplicatum. Idem tenet dictus Iacob. Marquel. in sua margarita Iacobina. cap. item in sponfalijs. & Gultelmus de Vallsic. in dicto vfa. si quis suum feud. & ita vitimur tota die in presentī ciuitate Barcinonæ, & in eius hortis, et vineo: quare minimè sunt mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerūt. l. minimè. ff. de legibus. Et recordor, quod hæc quæstio aliquādo fuit in collegio Notariorum proposita, de

cuius numero (licet indigne) sum. In quo tunc erant multi senes valde periti, & quidā notarius publicus Barcinonæ fuit valde rephensus ab eo, qui fatebatur, quod consulebat, quod ex speciali obligatione absque traditione reali rei laudemium esse soluendum: quoniam hoc non fuit visum. Ego dum intenderem capibreviationi iurium, & redituum piæ elemosynæ pauperum, & anniuersariorū communiū & nonnullorū aliorum membrorū ecclesie Barcinonæ, & alijs etiam capibreviationibus plures inueni proprietates, quæ erant specialiter obligatæ in censualibus mortuis nō tamen erat tradita possessio ratione ipsius specialis obligationis, & propterea nullū exigebatur laudemium, & ita consulebā: ex

29 ¶ quo non erat tradita realis possessio nec dñs directus potest cogere creditore, nec debitorē, vt procedat ad reale traditionem ita in terminis tenet Petr. Iaco. in libello supra allegato in versu. itē colligitur hic, & dicit idē Petr. Iaco. q. a firma alienationis vsq. ad presentationē instrumentorum domino faciendam, nullus est statutus terminus ex quo inferitur, q. presentare instrumenta, vel non est in mera voluntate contrahentium: quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, vt in l. re mandata. C. mandati. & in l. nemo exterus. C. de Iudais. ibi enim dicit tex. iusti esse sua cuiq. cōmittere & cōmuniter Docto. signatē Angel. Areti. Inffit. de rerū permuta. §. per traditionē. Et quia

30 supra dictū est de efficacia, quā habet specialis obligatio cū consensu domini: ideo congruè venit hic tractāda illa quæstio, vbi

31 dicitur Franciscus obligauit rem emphyteuticā specialiter, & expressè Bernardo hodie, in qua obligatione non fuit adhibitus cōsensu domini directi rei obligatæ. Subsequenter post aliquod tēpus illā eandem rem specialiter obligauit Gultielmo cū cōsensu dñi directi, & post hāc posteriorē obligationē in priori obligatiōe facta Bernardo interuenit cōsensu domini directi: nūc dubitatur, & queritur quis directorior est in re specialiter obligata, Bernardus an Gultelmus: & videtur dicendū, q. Bernardus. Nam ratiō habitio facta per dominū, cōsensum suū adhibendo retrahitur ad tēpus quo obligatio fuit facta Bernardo. l. si fundus. §. j. ff. de pignor. l. si. C. ad Macedon. l. donatio. C. de iure dotiū. & sic habet

habet locum regula, q̄ cui prior est tempore potior est iure, v̄ C. qui potio. in pignore habean. l. si fundum. & si generaliter & l. ij. cum rem. l. sionibus. & l. licet & l. diuersis temporibus. Contrarium puto esse
 32 verum videlicet quod si Guilelmus sit potior. ratio quia tempore impignorationis facta Guilelmo res erat in bonis obligatis vnde fuit obligata cum effectu. C. quæ res pigno. obligari possunt. l. qui filios. C. ad Macedonia. l. si permittete & ius Guilelmo qualis postea eo inuito auferri non potest per adhibitionem consensus dñi directi in alienatione Bernardi. l. si. ff. de pact. per l. potior. §. si colonus. ff. qui potio.
 33 res in pignore habean. ¶ nec rati habitio retrotrahitur, cum non sit res in eodem statu. facit. l. bonorum. ff. rem ratam haberi secundum Guilelmum in Specu. tit. de solutio. & obligat. §. ante omnia. vers. et si. licet em rati habitio possit retrotrahi hoc in præiudicium ratificantis non autem in præiudicium alterius, vt not. Bartol. in l. j. §. sed cum quis. ff. de vi & vi arma. & hanc opinionem tenet Thomas Mieres in constitutione Regis Petri. l. ij. capit. ij. Item ne super laudemio vbi hanc format quaestio. nem. Præterea p̄ hac vltima parte facit regula quam ducit Bald. in l. quoties duobus. C. de rei vendicatione quam ibi refert & sequitur Iason Mayn. videlicet quod q̄ duo requiruntur ad consummationē
 34 talicuius actus ille actus præfertur & potior est in quo illa duo prius reperiuntur, vt in dicta l. quoties duobus. Nam in translatione dñij duo requiruntur, scilicet titulus & possessionis apprehensio, & sic ille potior erit in domino in quo illa duo prius concurrunt. Eodem modo cum in specialibus obligatione rei emphyteuticæ duo debeant concurrere, scilicet, specialis & expressa obligatio & consensus domini sine etenim consensu domini res nō potest specialiter obligari ea obligatione quæ traditionem habuit. tex. est in ca. j. de prohibi. feudi alienatio. per Lotha. & in alijs iurib⁹ supra in principio huius cellulæ allegatis, cum ergo illa duo necessaria prius concurrant in Guilelmo ergo ipse Guilelmus est
 35 potior & ista placet. ¶ Sed quoniam supra dictum est medium laudemii deberi ex speciali obligatione puta in casu tertij medium tertij directum. Et in casu septimi

medium septimum & in casu quinti medium quintum & in casu decimi, medij decimum, quorum quantitates, quilibet facile potest comprehendere ex ijs, quæ supra dicta sunt. Tamen, vt nihil desideretur dicendum est, quod in prædijs vrbanis existentibus intra ciuitatem Barcinonæ & suburbia proxima, & immediatè contigua siue ipsi impignorantes sunt ciues, & habitatores Barcinonæ, siue extranei, & forenses semper est medij septimum et medium quintum, quando emphyteuta immediatus, id est, qui est cors acors cum ipso domino directo facit ipsam specialē obligationem rei de alodio ecclesiæ q̄ quidem medium septimum est quindecim denarij media pugelia, & medium septimum pugeliæ & in rusticis prædijs duo solidi pro qualibet libra totius pretij si res est de alodio ecclesiæ: quia si res, quæ traditur pignori est de alodio laicali, tunc medium laudemium est vnus solidus pro libra siue in re quæ pignori tradit sint plures domini siue vnus solus. Sed si in re quæ est de alodio ecclesiæ sunt domini medij vnus vel plures infra dominum alodialē ecclesiasticū tunc in ciuitate & suburbij proximis, & immediatè contigus in prædijs vrbanis ¶ medij laudemij erit quinque denarij & obolus & medietas vnus tertij denarij, & medietas vnus septenni pugeliæ in prædijs verò rusticis octo denarij, & pro dominis medijs vno, vel pluribus fuerunt nouem denarij monete Barcinonæ pro qualibet libra totius quantitatatis, pro qua specialiter obligatur siue si ciuis siue forensis. Et eodem modo soluitur per ciues & habitatores Barcinonæ in hortis & vineo, quia quantum ad ciues, & habitatores Barcinonæ nihil immutat: nisi quo ad prædia vrbana, quæ inter ciues & habitatores Barcinonæ in ciuitate, & suburbij stant sub septimo in hortis verò & vineo dicta prædia vrbana stant sub quinto sicut si essent prædia rustica.
 38 Sed quantum ad extraneos et forenses ¶ habentes ibi in hortis, & vineo prædia siue vrbana siue rustica seruat, q̄ pro ipsis ratione specialis obligationis soluntur, et solui tenentur medium tertium, scilicet, tres solidi, & quatuor denarij pro qualibet libra totius quantitatatis pro qua specialiter obligatur: & sic prædicatur iuxta

suprà insertam cōsuetudinem Cataloniae generalem quae etiam in hoc casu seruatur in hortis & vineo Barcinonae cum ipsi forenses, & extranei in dicta arbitrari sententia non sint comprehēsi imò expressè sint exclusi, vt supra est probatum ad cuius similitudinem extrahimus, vt supra dictū est mediū laudemium in quinto, in septimo, & in decimo.

Ex concessione in emphyteusim in alodijs ecclesiae, cuius semper praestat quartum, rusticus verò aliquando quartum aliquando tertium in alodijs laicalibus tam cuius quam forensis praestat decimum.

Summa capita.

1. *¶ Laudemium ex subemphyteusi debetur.*
2. *Stabilire, quid.*
3. *Emphyteutici contractus forma.*
4. *Forensis quis.*
5. *Intrate nomine cui quantumq; dandum, c. 6.*
6. *Subemphyteuticatione extranei quantum debitum, s.*
7. *Subemphyteutato laico, quantum debeat, v.*
8. *Laudemium si locum extra urbem quantum,*
9. *Foriscapium quantum, s. c. 8.*
10. *Tertium avari quando debitum.*
11. *Consuetudo laudemiorum explicata.*
12. *Laudemium pro rei estimati, ne solvendum.*
13. *Laudemium non conuentum quantum.*
14. *Subemphyteuticantes quantum exigant.*
15. *Verba quando ab effectu dissent.*
16. *Laudemium intrate quando soluendum.*
17. *Iura de soluendo Laudemio loquētia quatenus accipiēda.*
18. *Aueritiae incommoda.*
19. *Cautela maioris locus.*

Cellula nona.



QUIA laudemia tercia, & foriscapia non solum debentur ex praedictis tribus generibus contractuum, sed etiam ex donatione, seu concessione in emphyteusim quae libellario nominè dicitur fieri vt in lib. feudo. titu. quibus modis feud. amitta. cap. vnico. Contingit enim plerūq; quod primus emphyteuta,

aut secundus, aut tertius ¶ subemphyteuticatus, seu stabilis rem, quae pro alio seu alijs tenet: ex qua subemphyteuticacione debetur laudemium tertium seu foriscapium ita tenet Petrus Iacobus in libel. de actio. in rem pro re quae cecit. in commissis. in quaestio. incipien. sed an dominus poterit. Et nota, quod verbum, ¶ sita hislo, de iure municipalis Cataloniae. idem est, quod sub emphyteuticare, aut in emphyteusim concedere. ita tenet Iacobus Marquel. in vsa. si a vicecomitibus. fol. 10. colū. secunda tenet etiam Iacob. de Calicio in eodem vsa. fol. 80. col. ij. & in cap. vassallus. li. decesserit in commemo. Petri Albert. & in constitucione Regis Petri. iij. ca. iij. Item ne super laudemio versu. ad iudicēs curiae Ceruariae & in clausulis septimi, quinti, & quarti & in sententia arbitrari supra mētionata: ideo pro declaratione eorum, quae super hoc sunt dicenda cōuenienter debent poni hic ea, quae Barto. not. in l. j. c. de iure emphy. dicit enim ibi Barto. ¶ quod pro forma, & substantia cōtractus emphyteutici est, quod ab initio detur certa quantitas, quae quantitatem nos Barcinonae intratam appellamus in regno verò Neapoli dicitur intratura, vt ait Matth. de Afficiis. decis. lxxij. & alibi putā Florentiae auantagium, & postea, quod constituitur certa modica pensio, quae praestetur magis in signum subiectionis, & dñij directi, quam in fructuum percipiendorum compensationē. hanc eādem formam ponit Speculator in titu. de loca. in §. nunc aliqua. versic. vj. & canonistae habent glo. in cap. potuit. extra de locato quod an sit verum quod pro forma & substantia contractus emphyteutici requiratur à principio certa quantitas, necne quia parum facit ad nostram materiam omitto videatis vos dominū Iason. May. in l. prima. c. de iure emphyteutici. in princ. vbi per eum latius ista quaestio disputatur & tenete cum eo. Solum ex praemisitis per Bart. notauscapio quod de illa quantitate, quae à principio datur quam intratam dicimus debet solui laudemium tertium seu foriscapium probat hoc sententia arbitraris lata inter clericum, & ciuem Barcinonae & priuilegium siue pragmatice Regis Petri. Cardiguanens. & nonnulla alia iura municipalia huius patriae & consuetudo longo tempore praescripta. Sed

Sed quia in hoc casu res multum variè se habet, ideo per ordinem procedam, vt res ipsa etiam mediocriter eruditus innotescat vbi enim non est ordo, ibi nõ deest confusio. 6. ordinatum & ibi glo. in authen. de heredi. & falcidia. Primo enim dicam de allodijs ecclesie existẽtibus intra ciuitatem & suburbia proxima & immediatè cõtingua. Secũdo de eisde allodijs ecclesie existẽtibus extra ciuitatem hortos, & vineum Barcinonæ. Tertio de eisde allodijs ecclesie existẽtibus, in eisdem hortis, & vineo quãdo subemphyteuticatio fit per forẽsem & extraneum. Et in hac materia ille dicitur forensis, & extraneus qui non est ciuis vel habitator Barcin. scilicet, qui non moratur in ciuitate Barcinonæ. Quarto, quando fit subemphyteuticatio de allodijs laicalibus tam in ciuitate Barcino. & eius suburbij, quã in hortis & vineo. Quinto quando fit subemphyteuticatio de prædijs existẽtibus extra hortos & vineum iuxta constitutionem domini Regis Caroli nunc feliciter regnantis factam in prima eius curia Barcinonæ capit. com. moltes vegades. illi enim casus sunt differẽtes et quilibet eorũ ab alijs discrepat. Et capiẽdo primũ casum dico, q. si fiat ipsa subemphyteuticatio de allodijs ecclesie existẽtibus in ciuitate Barcinonæ suburbij proximis & immediatè contigujs per primum emphyteutam, qui est cors acors cum domino qui immediatus dicitur emphyteuta siue sit ciuis siue forensis: tunc de 5 T quantitate quæ datur pro intrata, debet dari domino directo quarta pars tantum quæ est quinq. solidi pro qualibet libra siue sit prædium vrbatum siue rusticũ quia in huiusmodi contractu non fit differẽtia inter prædia vrbana, & rustica quo ad intimata. Si vero dicta subemphyteuticatio fiat per secundum aut tertium emphyteutã forẽsem vel extraneum tunc domino directo debet dari de tota quantitate, quæ datur p. intrata T quarta pars quartæ partis, quæ est quindẽcim denarij pro qualibet libra & domino seu dominis medijs vno, vel pluribus fuerint, qui sunt supra ipsum emphyteutam, stabilientè dantur, & dari debẽt decem octo denarij pro qualibet libra de tota intrata, qui qualiter debeant diuidi vide infra in secunda principali quaestione, & quod in casibus supra

dictis sic debeat fieri solutio probatur per sententiam latam inter clerũ & ciues Barcinonæ & per clausulas ab ea sumptas, & per vsantiã scriptam Barcinonæ incipientem eodẽ modo, de stabilitimentis, & alias vsantias supra allegatas, & ita est verũ, & quotidie practicatur. Capiò secundum casum, quãdo fit subemphyteuticatio de allodijs ecclesie existẽtibus in hortis, & vineo Barcino. & dico quod si dicta subemphyteuticatio fiat per ciues, & habitatores Barcinonæ in omnibus, & per omnia est vt supra in præcedenti casu est dictum & declaratũ. Sed si ipsa T subemphyteuticatio fiat per forenses & extraneos: & est tertius casus tunc aliter se res habet: quia siue fiat per primum siue per secundũ siue tertium emphyteutam ex quo ipse subemphyteuticus est forensis & extraneus debetur dominis supra ipsum existẽtibus 8 tertia pars totius intratæ T quæ tertia pars est sex solidi & octo denarij pro qualibet libra totius illius quãtitatis, quæ pro intrata datur, & per hæc sum expeditus de primo secũdo & tertio casibus. Sed antequã ad proximum sequentem casum accedam, quero, quæ est ratio, quare forenses, & extranei intra ciuitatem Barcinonæ & eius suburbia proxima & immediatè cõtingua tractantur tanquam ciues & habitatores Barcino. & in hortis, & vineo tractantur, vt forenses & extranei: Et responde, quod iã fuit dictũ supra in sexta cellula ibi videas, et repete illa hic. Quarto casu quãdo fit subemphyteuticatio T de allodijs laicalibus: dicas, quod siue dicta allodia sint intra ciuitatẽ & suburbia proxima, et immediatè cõtingua, siue in hortis & vineo et siue fiat dicta subemphyteuticatio per ciuem & habitatorem Barcino, siue per extraneum, & forensẽ, & siue sit prædium vrbatum siue rusticum semper debet solui dominis pro quibus tenent duo solidi pro qualibet libra, quos recipit dominus supra ipsum emphyteuticantẽ existens, qui si solus est penes se retinet integraliter. Si vero sunt plures diuidiuntur inter eos, vt dicitur infra in secunda principali quaestione. Et quare aliter fiat in allodijs ecclesie, & aliter in allodijs laicalibus tam circa personas, quã circa quantitatem soluendam inuenies diuersa ratio nem supra in sexta cellula vbi hæc diuersitatis

tatis ratio latius exaratur. Si verò fiat subemphyteuticatio de honoribus & possessionibus, qui sunt extra hortos, & vine tum Barcinonæ & est quintus casus tunc dicitur, quòd iste casus est hodie expressus in constitutione domini Regis Caroli nunc feliciter regnantis in prima eius curia celebrata Barcinonæ Anno M. cccc. cxxx. c. cò moltes vegades in qua disponitur, quòd solvatur ꝑ laudemium pro huiusmodi concessionibus in emphyteusim sicut consuetum est solui in illo loco de venditionibus, & alijs alienationibus, quod est tertium auant tam de tota intrata, quàm de super impositione census, hoc videlicet, modo tu habes rem emphyteuticariã extra hortos, & vine tum Barcinonæ & illam tenes pro magnifico Hadriano mercer de Lorba domicello, & sub dño : & alodio suo ad annuum censum duodecim solidorum das, & concedis illam rem in emphyteusim Vincentio ad intratã duodecim librarum, & pro annuo censu viginti quatuor solidorũ certè hoc casu tertium siue forficatum ꝑ quòd debet solui est duodecim librarum monetæ Barcinonæ quæ sunt tertium auant de viginti quatuor libris, pro quibus inter intratã, & censum super impolitũ res illa subemphyteuticatur: quia illi duodecim solidi qui super imponuntur communi æstimatione valent duodecim libras & quòd hoc casu laudemium habeat solui de dictis duodecim solidis super impolitũ et intrata casus est expressus in dicta constitutione Regis Caroli nunc feliciter regnantis in dicta prima eius curia celebrata Barcinonæ anno prædicto. 1520. cap. com moltes vegades. Et quòd hoc casu ꝑ etiam de beatur tertium auant probatur per vsantiam siue consuetudinem supra insertam in secunda parte primæ partis: nam hic casus illi similis est, & de similibus ad similia licitum est procedere: & idem est iudicium. l. fin. & ibi Salyc. c. de constitu. princ. & l. non possunt. ff. de legibus. Et quãuis sit periculum summum ad prædictis proximè dictis recedere ego nimium diligenter, considerata dicta consuetudine generali non tamen ab ea recedens, (quia esset diabolicum) hoc modo sentio videlicet, quia cum dicta generalis consuetudo ꝑ in prima sui parte habeat duas partes, vt in ea latius est videre distinguerem, quæ distinctio est valde cõ-

sona, & conformis dictæ consuetudini generali: quare attenderem primo ad verum & iustum rei emphyteuticariæ valorem, & iustam æstimationem, & si illa res valet cõ æstimatione ꝑ triginta sex libras tunc dicerem, quòd laudemium in casu supra dicto est dictæ duodecim librarum dictæ monetæ Barcinonæ. Sed si illa res communi æstimatione non valet, nisi viginti quatuor libras tunc dicerem quòd in casu supra dicto laudemium siue forficatum est octo librarum, & hoc videtur esse de mente dictæ generalis consuetudinis supra insertæ. Nã in prima eius parte in primo, & secundo membro semper disponitur, quòd tertia pars ꝑ valoris rei sit forficatum laudemium seu tertium, & nõ vltra, & ita, verbis apertis, dicit dicta consuetudo, quòd si res valet subaudi iusto valore. ccc. libras & est conuentum quod dominus habeat tertium tunc dominus habebit centum libras quod est tertium simplex, siue directum totius valoris rei, quasi innuens quod ꝑ pro tertio, seu forficatio non debet solui vltra tertiam partem valoris rei postea sequitur in dicta vsantia. Si verò sit facta venditio vel in emphyteusim concessio absq; eo, quòd non sit ꝑ conuentum, & pactatum cum domino directo tunc dominus habet medietatē de toto eo, quòd datur pro pretio, vel pro censibus, & intrata: quia cum nihil sit dictum de solutione laudemij, & eius solutio cedat acquiritori, vt supra dictum est debet soluere acquirens tantam quantitatem, quæ sit medietas eius quantitatis, quæ ꝑ intrata dedit, & valoris census super impolitũ etiam innuens ꝑ quòd tertium valoris rei debet solui pro laudemio tertio seu forficatio. Et propterea dicerem ego, quòd domini debent diligenter inquirere, si illa quantitas, quæ datur pro intrata simul cum valore census super impolitũ est iustus valor rei, & si est iustus valor tunc recipiat tertium directum & simplex videlicet de xxiii. libris octo & non recipiant duodecim libras quæ sunt tertium auant de xxiii. Sed si intrata cum valore census super impolitũ non est verus valor rei subemphyteuticatur tunc recipiant tertium auant ipsi domini. Hoc verum dico, quòd recipiẽdo tertium directum nõ erabit dominus, & credo, quòd nihil perdet de suo laudemio: nam ꝑ hodie ad hoc ventum

uentum est, quod omnes domini subemphyteuticantes voluit pro censibus annuis rei quam stabiliunt tantum quantum conseruerunt habere pro mercede, seu logerio eiusdem rei in casu locationis. Et propterea in contractu emphyteusis in annis sterilibus, vel quando fructus casu fortuito perderentur, posset ipse emphyteuta forsan allegare beneficium l. ex conducto. §. si vis tempestatis. & §. sequen. & l. sequen. ff. de locato. & l. excepto. C. eo. & cap. contractus. extra de reg. iuris in vj. quia quauis predictae leges non habeant locum in contractu emphyteusis, in quibus illa modica pensio datur in signum subiectionis, & dominij & non in fructuum compensationem forsan, fallit hodie in eisdem contractibus, in quibus illa pensio datur in compensationem fructuum, prout communiter hodie fit quia quamuis verba sonent in contractu emphyteusis tam effectus est alius puta locationis aut alterius innominati contractus, qui ad ipsam locationem maxime accedit. Sed de ista questione videatis Ias. May. qui super his colligit dicta doctorum in l. prima. C. de iure emphyteuti. nu. 19. Aduerto hic, quod quando fit subemphyteuticatio de praedijs existentibus intra ciuitatem Barcinonae suburbia proxima & immediate contigua hortos, & vinetum Barcinonae laudemium soluitur solum & duntaxat, de intrata & non de valore census superimpositi. Quando vero huiusmodi subemphyteuticationes fiunt de honoribus existentibus extra hortos & vinetum Barcinonae laudemium soluitur non solum de intrata, sed etiam de censu super imposito, & ita est verum & ratio diuersitatis est: quia iura loquentia debere solui laudemium de cōcessionibus in emphyteusim ex praedijs existentibus in ciuitate Barcinonae & eius hortis, & vineto solum voluit, quod laudemium soluitur de intrata, ut in sententia arbitrarij & in clar. sultis ab ea sumptis & in priuilegio siue pragmatica domini Regis Petri. ij. supra inserta, & ijs similibus. Iura vero loquentia de praedijs existentibus extra hortos, et vinetum Barcinonae volunt, quod soluitur laudemium etiam de valore census superimpositi computando superimpositionem ipsam ad communem estimationem scilicet, vnum solidum pro libra prout in

dicta constitutione domini Regis Caroli celebrata Barcinonae Anno M. cccc. ccc. cap. com. moltes vegades. & sic fecit fit in ciuitate Barcinonae & in eius hortis, & vi neto & fecus extra dicta loca. Quapropter ex animo deprecor vos omnes dominos allodiales & alios ad quos laudemiorum perceptio competit, ut in exigendis laudemij tertijs, & foriscapijs sitis parci, & moderati & semper vigilantes, ne illa rerum omnium fallax, infatiabilis, & in honesta cupido, quam beatus Augustinus. libro. iij. de libero arbitrio & Theologi in secundo sententiarum distinctio. xxij. & beatus Thomas in secunda secundae. q. cxvij. articulo. ij. auaritiam appellant, vos inducat ad recipiendum laudemia non debita, aut excessiua. plerumque operatur auaritia ut habetur in cap. auaritia cecitas. de electio. in vj. iuncta glo. quod suo inordinato habendi amore suos sectatores, cacos reddit, ob quam improbandam proposita est lex finalis. C. de iure emphyteut. in §. & ne auaritia ab imperatore. De auaritia dicitur prouerbiorum. xj. Alij diuidunt propria & ditiores sunt, alij rapiunt non sua, & semper in egestate sunt. Et Augustinus in loco supra allegato sic inquit. Cum auaritia alicui dominatur subiectus malis omnibus esse demonstratur, quia ex auaritia omnia mala oriuntur & peccatorum omnium spinam producuntur. Quare si quando dubitatur, quantum sit laudemium tunc benignior interpretatio est sequenda, ut in l. proximè. circa medium. ff. de ijs, quae in testamento delent. quia quamuis iustum sit inherere rigori, iustius tamè est equitatem amplecti, ut ait Imperator. in l. si filius. qui patri. ff. de vulga. & pupill. substi. melius est enim nocentem absoluerè quam innocentem condemnare, ut in l. absentem. ff. de poenis. & sic semper consului, & abinde consulam motus sententia diui Augustini in libro de verbis Domini ubi dicit, quod si in ignem mittitur, qui non dedit rem pro priam, ubi putas mittendus erit, qui inuasit alienam: Si cum diabolo ardet, qui nudum non vestiuit, ubi putas arsurus est, qui alios spoliavit: Esaias verò. 33. ca. dicit: Vae, qui praedaris: nonne ipse praedaris? Quare super laudemij exigendis non consulatur rudes sed expertos, & non vnum, sed plures: quia ubi maius vertitur periculum, ibi maior

maior cautela adhiberi debet. xl. distincti.
quiescamus de simonia cap. Mathaus. j.
quæst. prima. si quis neq. & in titu. de ex-
ceptio. § penul. cap. ubi periculum. de de-
ctio. libro sexto.

De venditione cum pacto
de retrouendendo debetur mediū
tertium.

Summa capita.

1. Emptionum uera pacta.
2. Emptio cur et quando rescindatur.
3. Laudemium, rescissa uenditione, non deberi.
4. Pacti l. commi. et adie. in di. ius.
5. Contractus quando rescoluatur.
6. Laudemium ex lege commissum non deberi qui accipienti.
7. Iniectionis manuum ius.
8. Iniectio manuum in quo potius fit.
9. Iniectionis manuum formula.
10. Dominie perpetua.
11. Venditio quando in fraudem fiat.
12. Pactus contractum annullantia.
13. Laudemium ex contractu nullo non deberi.
14. Venditio nulla pœnon non meretur.
15. Contractus quando uerbis non arguatur quicq. accipientium. nume. 10.
16. Pacto contractum mutari.
17. Laudemium an mutato contractu debitum.
18. Fraudantium poena.
19. Commissio quando locus fit.
20. Pactum fraudulentum quando presumendum.
21. Laudemium ex alienatione ad tempus non deberi.
22. Laudemium an ex rescissa uenditione debitum. §. 5. 27.
31. 34.
23. Contractuum rescoluendorum forme.
24. Laudemium domino an debitum.
25. Rehibitio non est noua uenditio eiusq. rei effectus.
26. Laudemium an soluat redimens.
27. Resolutio contractus titulum non tribuit: eiusque rei effectus.
28. Resolui contractus quando pacto queat.
29. Laudemium ex quibus alienationibus debitum.
30. Laudemium an ex gabella et quando paria: differre uerius est. nume. 36.
31. Resolutio quibus uerbis fiat.
32. Laudemium uenditione rescanditioneq. deberi.
33. Dominium quando retrahatur.
34. Laudemium ex qua pignoratione debitum.
35. Laudemium pacto reuend. adie. eto. quantam. 47.
36. Rescissa uenditione. quid restituendum. 43.
37. Instrumenti impensas quis soluat.
38. Reuendens quid recuperet.
39. Vfus utiui effectus.

Cellula Decima.



VI A supra dictum
est de laudemijis ter-
tij, et foriscapijs, que
debentur ex uenditio-
ne perpetua, & irre-
uocabili, nunc dicen-
dum est de laudemijis
tertij, & foriscapijs,

quæ debentur de uenditione reuocabili, si-
ue quæ resoluui potest. Ob quod præmit-
to hic, quod in cōtractu emptiois & uē-
ditionis varia solent aliquando apponi pa-
cta, ut per totū titu. C. de pactis inter em-
ptorem & uēditō. & hoc dicit formaliter
gloss. ibi in rub. ex quibus sunt aliqua ob-
quorū vim & naturā ipse contractus em-
ptio. & uendit. iam aliā celebratus rescin-
ditur, et rescinditur, prout est pactū legis
cōmissoriae pactum additionis in diē &
pactū de retrouendendo. de quorum pri-
mo habetur. ff. per totū & C. de pactis in-
ter emptorem & uenditorem & in l. vlti.
& in c. significante. extra de pign. & in gl.
in l. traditōibus. C. de pactis. & in l. Seius.
ff. de rescindenda uendi. & in l. Aemilius.
ff. de minoribus. & multis alijs. De secun-
do, scilicet, pacto additionis in diem ha-
betur per totum titu. ff. de in diem additio-
ne. & in l. si quis sub hac. ff. de rei uend. &
in l. is qui puteum. §. Aristō. ff. quod vi aut
clām. et in l. si res. ff. q. mo. pig. vel hypoth.
solui. & in l. si in diē. ff. pro emptore. &
in multis alijs locis. De tertio, scilicet, pa-
cto de retrouendendo habetur. in l. ij. C. de
pactis inter emptō. & uenditō. & ibi An-
ge. & Paul. de cast. & in l. si a te. eo. titu. &
in cap. ad nostram. extra de emptione. &
uenditio. & ibi gloss. & cōmuniter scriben-
tes. in c. conuictus. extra de ufuris. Ve-
rum quia de iure est indubitatum, quod
tunc non debetur laudemium domino al-
diali, quā uenditio rei emphyteuticariae re-
soluitur siue rescinditur in vim pacti legis
cōmissoriae uel additionis in diē neq. res
cōmittitur, quia in dicto casu contractus
alienationis hngitur non esse celebratus,
ut tenet Albe. de rosa. in l. ab emptione. ff.
de pactis. & omnes alij sequuntur: quia,
condicione eueniēte, dominium rei alie-
natae cū dictis pactis sine aliqua noua re-
traditione retrahit siue retrahatur in uē-
ditorem

ditorem ipso iure, vt probatur. ff. de rei v̄
 dicatio. l. si quis hac. l. & in l. fina. ff. de lege
 commissoria. & in l. commissoria. C. de pa-
 ctis inter emptorem & venditorem ibi in
 verbo vendicare & in glos. in l. traditioni-
 bus. C. de pact. & ibi docto. & Salycet. &
 Bald. in dicta. l. ab emptione. & in l. j. & ij.
 C. quando licet ab emptione discedere &
 in hoc omnes doctores humaniter con-
 cordant: quia (vt dicit Bald. in dicta. l. qui
 ea lege. C. de pact. inter emptorem & ven-
 4 dito.) illa duo pacta, scilicet legis com-
 missoria, & additionis in diem eneruat titu-
 lum ad finalem causam translationis domi-
 nij, & operantur, quod dominium trans-
 feratur suspensiuè ex natura eorum, & di-
 cit Barto. in l. si pradium. C. de ædilitio e-
 dicto & communiter hoc tenent doctores
 in dicta. l. commissoria, & Bal. in l. qui, ea
 lege eo. titu. cū sit speciale in eisdem duo-
 bus pactis. Et mouentur doctores ex do-
 cetrina glo. solennis in dicta. l. ab emptione.
 quæ dicit, q̄ quando pactū legis commis-
 soria vel additionis in diē ponitur à prin-
 cipio, scilicet tempore celebrati contractus
 5 emptionis † & venditionis, quod tūc cō-
 tractus ipse resoluitur ipso iure, & ipso fa-
 cto retrahit dominium in venditorem, q̄
 intelligendū est si ipsa pacta sunt facta iux-
 ta primum responsum l. quoties. ff. de in
 diem addicione. l. quando venditio est à
 principio pura, sed sub conditione resolu-
 bilis, & non quando venditio est à princi-
 pio conditionalis, scilicet, si ita dicatur, per-
 ficatur emptio: nisi melior conditio sit alla-
 ta, vel si hinc ad tale tempus pretiū solue-
 ris. Quod secus esset, si ipsa pacta appone-
 rentur in sui propria forma per verba dire-
 cta: & ita eleganter tenet Alex. de Imo. cō-
 sil. xij. lib. j. & Bal. in dicta. l. ab emptione.
 quia aliās dominium non censetur reuertī
 ad venditorem sine noua traditiōe, vt vult
 dicta. l. traditionibus. C. de pact. inter em-
 ptorem & venditorem. & s. per traditio-
 nem. insit. de rerum diuisione. & l. si ager.
 ff. de rei vendica. Et postquā in dictis duo-
 bus pactis, scilicet legis commissoria & ad-
 ditionis in diem, non debetur laudemium
 6 tertium, seu foriscapium † ideo de eis non
 est longior disputatio. Et hoc intelligo, ita
 scilicet, nisi venditio pura aut irreuocabilis
 fiat: quia tunc si fiat irreuocabilis debetur
 laudemium putā si pretium est solutū in-

tra tempus ad solvendum statutum, vel si
 infra tempus destinatum nullus attulerit
 meliorem conditionē: quia hoc casu si nō
 resoluitur debetur vnum laudemium tertiu
 seu foriscapium & hoc nulli dubiū esse de-
 bet. Prædictis duobus pactis ego libentius
 adderem aliud pactū, quod eisdem in o-
 7 mnibus mihi videtur simile, scilicet, † ma-
 nus iniectionis, quod est huiusmodi effi-
 cacia, scilicet, q̄ nos nulla iudicis autorita-
 te expectata veluti nobis ipsis ius dicentes
 personam quāpiam aut rem nostram vel
 nobis debitam propria autoritate appre-
 hendere possumus & de isto pacto habe-
 tur in l. sed si hac. ff. de in ius vocan. & in l.
 j. & ij. & ibi Bald. & Salyc. C. si seruus ex-
 portā. valeat. & in l. si quis sub hac & ibi
 Salyc. ff. de contrahen. emptio. & vendit.
 cuius legis casus est huiusmodi. Ego ven-
 didi ancillam eo pacto ne prostituatur, &
 si prostituatur, quod licet mihi abduce-
 re eam ille cui vendidi vendidit emptori
 secundo, & secundo vendidit tertio, & ita
 per plures venditores transiit, si ab ali-
 quo eorū prostituatur seu prostituta fue-
 rit ancilla mihi primo venditori licet abdu-
 cere. Et miror de nostris antiquis tabellio-
 nibus, cum fuerint admodū sapientes in
 inueniendis, et ritè ordinandis plurimo-
 rū instrumentorū formis, quas nos hodie
 habemus & tanquā optimis vtimur, qua-
 re nō cognouerūt prædictū pactū manus
 iniectionis, in equorū, & aliorū animalū
 distractionibus recurrentes ad quandam
 specialē obligationē: quæ si subtilius discu-
 tiatur forte nullius erit efficacie. Est tñ ve-
 rum quod prædictū pactū man⁹ iniectio-
 nis magis est addictū reb⁹ † mobilibus, q̄
 8 immobilibus. Sed credo etiā posse fieri su-
 per reb⁹ immobilibus, faciūt notata per Ia-
 cob. Marquel. in vfa. si quis suū seu. fo. cv.
 col. ij. quæst. xij. vbi hoc tenet secundum
 opinionē aliquorū doctorū huius patriæ
 & Io. de Succarra. c. eo. pag. cxiii. nu. xvj.
 Quare, si quis dicit pactum ad practica
 reducere voluerit, ita fieri poterit. Ego T.
 vendo vobis T. prædium &c. pretium est
 T. libræ quod si per vos nō fuerit solutū.
 hinc ad tale ips ex pacto inter vos, & me
 9 inito & cōuento † liceat mihi prædictum
 prædium à vobis aut à quocūq̄ alio posses-
 sore siue detentore propria autoritate ab-
 ducere & in id manus & posse meū injice-

re & ipsum realr & de facto tenere. Nūc
 superest dicere de tertio pacto supra men-
 tionato, scilicet, de cōtractu emptionis, &
 v̄ditionis cū pacto de retrouēdendo qđ
 in p̄senti ciuitate Barcin. instrumentum
 gratiā redimēdi appellatur, & iste cōtra-
 ctus emptionis, & v̄ditionis cum pacto
 de retrouēdendo, si nō fiat in fraudē vsu-
 rarū, est licitus & permissus, vt in d.l. ij. C.
 de pac. inter empto. & vend. & in c. ad no-
 stram. extra de emptio. & vendi. & in c. cō-
 questus. extra de vsu. & in clem. vnica. eo.
 titu. & in dictis iuribus lausimē scribētes
 istud em̄ pactū appositū in cōtractu emp.
 & v̄d. reddit ipsum suspectum de vsuris.
 Nā cūm propria natura cōtractus empt.
 & v̄. sit qđ sit p̄petu⁹, vt in l. de cōtractu et
 in l. nō est. C. de rescin. v̄. & etiā sit natura
 10 le & p̄p̄riū esse qđ rerū dñia ↑ sint p̄petua
 vt dicit Bal. in c. j. de eo. qui sibi, & h̄re-
 di & ipse v̄ditiones fiant ipsorū dñiorū
 occasiōe vt l. cū manu fata §. vlti. ff. de cō-
 trah. emp. & ven. ex eo fit, vt v̄ditio ip̄-
 lis veluti facta cōtra propriā naturā & na-
 turale esse suū cēseat eē facta in fraudē vsu-
 rarū. Sed si i fraudē vsurarū sit adiectū istud
 pactū, vt vsurarij salutis aeternae immemo-
 res, et falsa diuinarū felicitatē iebriati faci-
 ciūt quotidie vt refert Pau. de ea. in l. si cū
 v̄deret. ff. de pig. ac. et in l. j. C. plus valere
 qđ agit qđ quod simulatē cōcipit isto aut
 casu contractus non valer aut si valer mu-
 tatur et cōuertitur in contractū pignoris,
 11 aut perpetuē ↑ locationis pacta enim ipsa,
 quae stare nō possunt, aut annullant con-
 tractū, vt sunt illa, quae a contractu remo-
 uent naturalē eius effectū: quia a quo re-
 mouet naturalis effectus mouet species
 ita tenet Bal. in rub. C. de contrahē. empt.
 & v̄ditio. idem dicendum est in pacto
 vsurario, quod facit corruere cōtractum,
 super quo interponitur quare q̄uis vsurę
 videantur de iure ciuili permissę, vt ff. &
 C. tamen de iure canonico sunt prohibita,
 vt in cap. j. & in c. conquestus. extra de vsu-
 ris & in dicta clem. vnica. eo. tit. in clemē-
 tins. Sunt etiā expressē prohibita fieri de
 iure municipalī Catalonię, vt in constitu-
 tione domini Regis Petri. ij. in curia Bar-
 cinoñe cap. liij. & p̄sertim sunt prohibi-
 ta fieri in contractū emptionis & v̄ditio-
 nis. tex. est ad hoc expressē factus in cōstt.
 Regis Jac. j. in curia Tarraconę. c. item sita

tuim, quae si charta de v̄nda fera facta en-
 frau de vsura. Et sic si in fraudē vsurarum
 istud pactū sit adiectum aut cōtractus est
 13 nullus ↑ quo casu nullum debetur laudem-
 mium domino directo: quia ex contractu
 nullo nō debetur laudemium tertij seu fo-
 riscapitū, ita firmat Ioan. Fab. in l. fi. C. com-
 munita. de legatis. & in l. prima. C. quando
 licet ab emptione discedere. Bald. in l. fi. §.
 sed quia no. & ibi quoq; Alberic. & Ioan.
 Fab. & Pau. de castro. in dicta. l. fi. C. com-
 munita. de lega. & Francif. Curtius consil.
 viij. vbi dicit, quod contractus nullus non
 dicitur contractus. & Bal. quem Iason ci-
 tat in l. ij. versu. ex p̄dictis. C. de ep̄altau-
 dencia. tenet, quod ex v̄ditione nulla,
 14 emphyteuta ↑ nō cadit a iure suo & sic nul-
 lam patitur poenā. Ad p̄missa faciunt
 notata per ipsum Bald. in l. non dubiū, &
 latius ibi Iaf. sub nu. ix. & lvj. cum sequē.
 C. de legib. & Andreas Barba. in l. j. ff. de
 verbo. oblig. vbi dicunt, quod stante sta-
 tuto, qđ de quolibet cōtractu soluantur ga-
 bella debet intelligi de contractū valido.
 idem tenet Boeri. in constitutione Bituri-
 gum. in titulo. de consuetu. retractū §. ij.
 Sed si contractus non est nullus, sed trans-
 lit in aliam speciem seu naturā contractus
 iuxta l. cū manu fata §. finali. ff. de contra-
 hen. emptione, & v̄ditio. puta in cōtra-
 ctum pignoris aut perpetue locationis.
 15 ↑ quod esse potest, quare quauis verba
 sonent in contractū emptionis, & v̄di-
 tionis, non propterea erit emptio, & v̄di-
 tio, nam natura siue species contractus nō
 ex verbis seu verborum sono, sed ex esse-
 ctu rei cognoscitur. Iason. in l. prima. C. de
 iure emphyteu. nu. xlv. & Bal. in l. ij. C. m̄
 dati & idem Bal. in l. prima §. hoc quoq;
 de successione feudī. & doctores. in ca. po-
 tuist. extra de loca. & latius Baldus in rub.
 C. de iure emphyteuti. & Cassaneus in cō-
 stitutione Burgun. in rubri. de census.
 16 quod ↑ ita intelligendū est si verborum si-
 gnificatio permittat mutationē cōtractū,
 & patrie, & possit adaptari p̄m Soci. con-
 sil. clxj. incipiens. visis inuestituris. Neg. id
 17 mirū cuiq; videri debet. Si em̄ pactū ↑ ap-
 positum in contractū facit trālire contra-
 ctū super quo interponitur, in aliā specie
 contractus, vt in dicto §. fi. in dicta. l. cum
 manu fata. quanto magis vsura id faciet
 quę tot iuribus reprobata est, vt supra di-
 ctum

est: nam si quod minus videtur inesse inest ergo, de quo magis l. qui testamento in principio. ff. de testamē. Et sic si dictus contractus sit transfusus, seu conuersus, aut mutatus in naturam contractus pignoris soluetur laudemium sicut dictum est in octaua cellula. Si verò transfundatur siue mutatur in contractum emphyteusis, seu perpetuæ locationis tunc ex eo soluetur laudemium, prout dictum est supra in nona cellula: quauis isto casu quando istud pactum de retrouendendo apponitur in fraudem vsurarū, melius esset quòd propter fraudem commissam punirentur contrahentes pœna amissionis rei, & pretij, & ad hoc facit tex. in capitulo primo. de prohibita feudi alienatione. per Lota. collatio. decima. ibi pretio & beneficio se cariturum cognoscat: quia illud verbum, cognoscat, refertur tam ad venditorem, quàm ad emptorem, ita tenet ibi gloss. & faciunt, quæ infra dicuntur in duodecima cellula dum dicitur, quòd commissum habet locum semper si fraus committatur & pretium illud applicabitur fisco, qui est successor male acquisitorum & pœnarum legalium, vt ff. de iure fisci. l. Lucius. & in l. Titius. ff. de seruis exportati. Vos cogitate.

Et præsumitur pactum ipsum esse adiectum in fraudem vsurarum ex sequentibus. Primò, quòd modicum est pretium respectu valoris rei. item ex eo, quòd venditor in recuperatione per eum faciēda aliquid debet soluere vitra quam recepit pro pretio. item ex eo: quia emptor consueuit exercere vsuras, aut saltem: quia pretium est minus dimidia iusti valoris rei empta: lucra maiora reddentis, vt hæc probatur in cap. ad nostram. extra de emptione & venditio. & in ca. illo vos de pignoribus & re solutiōe per Matthæum de Afflicis. in de casio. Neapoli. lxxvj. cum additis. alia multa coniectura traduntur per doctores: & signanter per Andream Tiraquel. in tractatu de vitroq; retractu. Sed quia ista materia simulationis contractus est nimium diffusæ, et nō est nostri principalis intētus ideo de ea hæc sufficiant. Hoc tamen non præmittā, & audacter assero, quòd ex centum contractibus factis cum pacto predicto de retrouēdēdo quinquaginta sunt vsurarij, & vsurarū prauitate non ca-

rēt ob quod vehementer aduertant notarij, quòd circa istos contractus aures aperiant, & si senserint vsuram redolere. à receptio ne illorum abstineant cum maxima prudentia contrahentes non scandalizando. Si verò non sit factus in fraudem vsurarū, sed prout iura illud fieri permittunt, tunc aut fuit facta venditio ad modicum tempus cum tali pacto, & isto casu: quia ex alienatione ad modicum tempus nō debetur laudemium nec acquiritur ius in re vt l. prima § quod ait prætor de superficie. & in l. si ager vectigalis. & de loco publico non fruendo. l. prima. ff. & in gloss. in vsati. si quis suum feud. nec etiā ex ista venditione cum pacto de retrouendendo debetur laudemium. Ad istud facit consuetudo Barcinonæ de qua supra in vltimo præludio fuit habita mentio & faciūt iura ibi allegata & hoc tenet ibi Iac. Marquel. in sua Margarita Iacobina. Quod autem dicatur modicum tempus & quod non modicum vitra ea, quæ dicta sunt supra in dicto vltimo præludio vide gloss. in l. non enim. ff. ex quibus causis minores viginti quinque annis. quantis alij dicant citra decem annos, alij vsque ad quinque. Quo verò ad nostrum ius municipale vt de consuetudinem supra in vltimo præludio insertam, quæ feruatur in præfenti ciuitate. Aut dicta venditio fuit facta cum dicto pacto de retrouendendo intra certum tempus non modicum aut cum illa dictione quādoquocunque vel simpliciter sine aliqua tēporis præfinitione & istis casibus omiſsa illa seriosa disputatione, quæ est inter doctores an huic facultati redimendi præscribatur triginta annorum aut minori spacio, an non & tenendo negatiuam, quæ ab omnibus fere tenetur istud pactum transit ad hæredes cum habeat in se conditionem potestatiuam vt in l. sicut §. si debitor. ff. quibus modis pignus vel hypothe. solui. & in l. si necessarias. §. de vendendo. ff. de pignoratit. action. & in gloss. secunda. & tertia. in l. si fundum. C. de pac. inter emptorem & vendito. & ibi Bald. in l. seruis quoque. §. vltimo. de hæred. instit. & in l. vltima. C. de condit. instit. Et quod pactum de retrouendendo transeat ad hæredes est gloss. in dicta l. si fundum. C. de pactis inter emptorem, & vendito. & te.

net Bald. in dicta lege, si fundum & hic est casus de nostra materia in qua prudentius esset audire, quam loqui, propter nimiam doctorum varietatem, & & etiam quia de hac materia multi doctores ediderunt tractatus. Sed quia de eo, quod super hoc Barcinonæ vīmur, nihil est scriptum ideo aliquid dicam: ea tamen ratione ut quæ minus bene dicta fuerint pro non dictis habeantur, & quæ praterita aliquis alius corrigat, & suppleat. Ego enim non solum ad supplendum ea omnia, q̄ in hac cellula et alijs defunt, sed ad reformandum etiam omnia, quæ in hoc processu continentur omnes inuito mihi autem maiorem gratiam non dedit omnipotens. Et rem aggrediendo video, quod istam materiā tractant doctores in varijs locis, & in primis Alberi. de Rosa. in l. ab emptione. ff. de pact. vbi quærit, an ex cōtractu, cū t̄ pacto de retro uēdēdo debeat vnum laudemium ex primo contractu & aliud laudemium ex secundo contractu quo, seu per quem sit primi resolutio an nullum ex dictis duobus contractibus: & ibi dicit, quod videtur, quod pro primo contractu vēditionis cum dicto pacto debeat vnum laudemium, et p̄ secūdo cōtractu resolutōis siue retro uēditionis debeat aliud: & sic duo laudemia postea ibidem dicit quod videtur quod pro nulla ex prædictis duabus vēditionibus dominus debet habere laudemium: quia contractus primus videtur, ac si nunquam fuisset factus, & quod propterea nihil debet habere. Deinde dicit, quod debet habere semel tantum, scilicet, cū res reuertitur ad venditorem & ad probandas dictas suas opiniones allegat ibi certa iura subsequēter referens opinionem Guilielmi de Cur. 24 neo dicit, quod t̄ si primus contractus vēditionis resoluitur in vim pacti de retro uendo apppositi in ipso contractu quod tunc dominus nullum habet laudemium eo: quia non videtur mera alienatio cum emptor non habeat irrevocabiliter. Si vero cōuentio de resoluēdo fuit facta post primum contractum venditionis tamen ante traditionē rei tunc dicit q̄ dominus debet habere vnum laudemium tantum. Sed si cōuentio de resoluēdo sit facta post contractum celebratum & post rei tradi-

tionem tunc dicit quod dominus debet habere duo laudemia t̄ vnum, s. ex primo contractu venditionis rei: quia contractus fuit perfectus: & aliud ex resolutōe ex eo quia dicta resolutio siue secundus contractus sit ex noua causa & agitur ex noua alienatione. videatis ibi Alb. & iura ibi p̄ eum allegata. Bal. verò n̄ eadē. l. quare an debeant duo laudemia, scilicet vnum ex primo contractu & aliud ex secundo dicit quod aut primus contractus resoluitur ipso iure per pactum appositum in infio. l. in primo contractu venditionis tunc dicit nullum laudemium deberi, nec ex primo nec ex secūdo: quia primus cōtractus t̄ postq̄ est resolutus fingit nō esse celebratus. Si verò pactum resolutiuum non apponitur in principio in ipso contractu, aut ad partem ita tamen quod non videatur in esse: sed apponitur post contractum tunc si apponitur re existente integra dicit domino vnum deberi laudemium. Si vero res non est integra tunc dicit formam verborum resolutiuonis esse inspiciendam quia si ipsa resolutio sit per cōtractum vēditionis siue reuenditionis tunc debent solui duo laudemia. Si vero resolutio fiat per verba resolutiua non habentia formā venditionis tunc dicit quod ex ipsa resolutiōe non debetur laudemium. Sed idem Bald. in consil. ccccxy. libro. ij. dicit t̄ quod si re- 27 pore contractus fuit actum de eo resoluendo resolutio quæ sit postea nō est proprie resolutio, sed est executio ipsius primi contractus & hoc idem tenet consilio clij. lib. quarto. vbi etiā dicit, quod quādiu res vendita aut in soluta data emi seu redmi potest ex pacto appposito in contractu non debetur gabella, quæ ex statuto debet solui ob contractum cum non sit res pleno iure translata inuens, quod nec debet solui laudemium. Angelus verò in l. si 28 homine. ff. de vsucapio. dicit, quod t̄ redhibitio non est noua venditio, siue ea fiat ratione morbi siue ratione pacti resolutiuo apppositi in contractu. Et propterea dicit quod de hac redhibitione non soluitur gabella statim statuto, quod de quolibet contractu solui debeat, & idem si fuerit appositum pactum legis commissoriae vel additionis in die, & ipsum sequitur lo. de platea in l. sancimus. C. de cōsu. libro

lib. duodecimo. Et isti loquuntur de redhibitione siue resolutione, & de prima venditione nihil dicunt: quia de ea putant de heri vnum laudemium. Masonerius in titulo de emptio. & vendi. §. item in casu dicit q̄ vēditor redimēs ¶ ex pacto redimēdi nō tenetur solvere laudemium quia non est propriē venditio, sed resolutio venditionis ex causa præcedentis contractus, secus (vt ait) quando fieret resolutio ex mera voluntate emptoris, vt sit quando vir recipit dotē æstimatam loco pretij & habet electionem restituendi rem, vel æstimatio nem, quia hoc casu & alijs similibus, quibus non sit resolutio de necessitate, sed de voluntate emptoris debetur laudemium pro vno quoq; contractu, scilicet venditionis, & restitutionis idem Masonerius in tit. de loca. §. ij. dicit laudemium statim deberi ex prima venditione, sed pro secūda videlicet cum res redimitur secus, quia redhibitio est resolutio primi contractus & fingitur res retro nō fuisse vendita, & hoc dicit esse verū, q̄n̄ pactū resolutiuum fit in continenti post cōtractus, quanuis fiat in alto instrumento, vt solet fieri in præsentia ciuitate Barcino. cū inesse videātur nāq; incontinenti sunt inesse videntur, vt in l. le tra. ff. si certum petat. Pau. de cast. ff. de acquirēda possess. in l. Pomponius. §. j. dicit, q̄ resolutio cōtractus nō tribuit titulum, nec potest dici nouus cōtractus: & ideo si ex statuto debet solui gabella ex cōtractu non soluitur ex resolutione cōtractus, quod intelligendū esse credit si ipsa resolutio fiat ex causa de præterito: secus si fieret ex noua causa: quia tunc (vt ait) ne fiat fraus legi debet solui gabella: & hoc idē tenet idē Pau. Castren. consil. lxxxiij. incipien. in causa mota. lib. ij. dicit ibi q̄ si res vendita fuerit etiam ex interuallo translata in vendito rem, non per viam noui cōtractus, aut noua venditionis, sed per viam distractus, siue resolutionis veteris contractus non debetur de huiusmodi resolutione gabella quæ debetur ex forma statuti. Sed idem Paul. de cast. in l. j. C. de pact. inter empto.

31 & venditorē dicit q̄ si contractus ¶ resolutur ex pacto legis cōmissoria nō debetur gabella, quæ a statuto iubetur solui de quolibet cōtractu. Si resolutur ex pacto de retrouendendo, debet gabella ex reuēn

ditione: quia est nouus cōtractus idē Paulus de cast. in l. ab emptione. ff. de pact. in hac materia obscurissimē scribēs, dicit pactum resolutiuum, per quod agitur, vt cōtractus habeatur pro interito est maioris potentia, quā pactū de non petendo nō tamen habet locū in cōtractibus, qui solo consensu contrahuntur, & quādo omnia sunt integra, vel spōte redintegrata item illud pactū resolutiuū pot. fieri ¶ vel incōtinenti antē quā partes diuertāt ad alios actus, & tunc facit videri contractum non fuisse celebratum ex quo partes non habuerunt pro perfecto & absoluto potest etiam fieri ex interuallo, & tunc aut ex pacto factio tempore contractus putā legis cōmissoriae vel additionis in diem. & idē est aut non fuit factū tempore contractus, sed sit ex nouo consensu: & tunc fingitur nunq; fuisse factū, sed perinde est ac si factum nō fuisset, resolutur et sic vt ex nūc: sed in præcedentibus casibus vt ex tunc sicut q̄n̄ ex post facto legatum adimitur: quia non fingitur nō relictum, sed dicitur ademptum, & premissa (vt dicit) sunt magni effectus: primo em̄ casu si queritur, an debeat solui gabella, quæ ex forma statuti soluitur pro cōtractibus: nam in primis, quando fingitur non fuisse factus, nulla gabella soluitur, sed in vltimo casu soluitur de primo contractu a quo partes non potuerunt recedere in præiudicium fisci, cuius erat questum de resolutione verō nō soluitur: quia non est cōtractus, sed est distractus nisi fiat per modum noui contractus, quod potest procedere si fuisset processum ad traditionem rei venditæ & post ea agitur, vt retrahatur, & reuēdatur venditori pro eo dem pretio, quod adhuc solutum non erat. Nam tunc soluetur tam de primo, quā de secūdo, vnde sunt verba diligenter inspicienda l. cum seruus. ff. de cōdit. & demonstra. & l. laia. 33. an fons in nouum contractum. an in resolutionē primi hac Pau. castren. Ioannes Berberius in libro quē iuris Viatorum, appellauit in titu. de loca. sic dicit cum queritur ex quibus alienationibus debeatur laudemium est ¶ distinguendum: quia aut alienatio fit conditionaliter aut pure si conditionaliter: & tunc aut conditio impedit dominij translationem, aut retractat. Primo casu nō de-

betur laudemium: secundo casu quando conditio retractat iam translatum secus. Hæc ille & nonnulla satis obscurissima, & intellectu difficillima Andreas Tiraquel. in tractatu de viroq; retractu. in titu. de retractu conditionali. §. vj. glo. ff. ij. nume. 19. dicit quod si contractus resoluitur in vim

34 pacti de retrouendendo in ipso contractu appposito vel etiam post, quod ita tamen inesse videatur tunc dicit deberi laudemium domino ex primo contractu non obstante pacto de retrouendendo in contractu appposito ea ratione: quia emptor facit fructus suos, & potest rem alteri vendere, & eam in alium transferre & non debetur ex reuenditione siue resolutione, vel luitio- ne, quæ postea virtute dicti pacti de retrouendendo fit eo maxime, si dictum pactum resolutum siue de retrouendendo est appositum, in primo contractu ver- bis directis ex eo, quia dicta reuenditio est sequela prioris contractus. Si autem di- sceditur à primo contractu. In vim dicti pacti de retrouendendo appposito ex inter- uallo post primum contractum, aut sine dicto pacto, tunc dicit duo deberi laudem- ia, vnum, scilicet, ex primo contractu, & aliud ex resolutione: quia dicit duas esse venditiones siue contractus. videatis ibi eum. Ecce doctorum verba obscuris- sima & varietates, quæ cum multis alijs etiam varijs, quæ in iure reperiuntur le- gentium ingenia confundentes rem du- biam vertunt, quæ quidem varietates, vt arbitror originem habuerunt tam à va- rijs diuersarum regionum super factis sta- tutis, quam etiam quia multi & doctores sumplerunt argumentum à gabellarum solutione putantes quod vbi debebatur gabella, etiam debebatur laudemium & vbi non debebatur gabella ibi non debe- batur laudemium arguentes de gabella ad laudemium inter quos est Angelus in lege iurifigentium. §. adeo. ff. de pactis. &

35 alij supra citati. Cum ita sit & quod inter gabella & laudemium sit longa differen- tia quia gabella contractuum debetur ex statuto ex sola contractus celebratione. Sed laudemium secundum ea quæ dixi- mus in qnto præludio debetur ex natura & qualitate rei emphyteutica & propter eius alienationem. Mihi autem, quia dictum

pactum de retrouendendo hodie ita fre- quentatur veluti olim frequentabantur pa- cta legis commissorix, & additionis in diem quæ iure pacta, vt supra est dictum ipso iure resoluuntur, multum placent ver- ba, & opinioniones illorum, qui tenet, quod si dictum pactum de retrouendendo hat in continentis & per verba directa quod de- beatur tantum vnum laudemium de pri- mo contractu, sed de resolutione nihil de- beatur, & diceret quod melius esset, quod dicta & resolutio hat per verba resoluti- ua quam per verba habentia formam con- tractus emptionis, & venditionis: quia isto casu quando contractus rescinditur per verba resolutiua frates statuto, quod de quolibet contractu solvatur gabella, non solueretur gabella. ita tenet Iason Mayn. in dicta. l. ab emptione. ff. de pac. & Gui- telmus de Suda, & Paulus de castro, & Baldus & Salicetus in l. prima. C. quando licet ab emptione discedere & Baldus in l. donationis. C. quod metus causa. et idem Bald. in l. tres fratres. ff. de pactis. Sed om- nia prædicta intelliguntur, de iure ciuili & secundum in eo scribentes: quia de iur- e municipalis siue statuario & Barcinonæ aliud seruiatur, scilicet, quod in primo cõ- tractu venditionis soluitur medium lau- demium, & in secundo contractu reuen- ditionis siue resolutionis soluitur aliud me- dium laudemium: & licet hoc non com- probetur aliquo statuto, seu regula, ta- men hoc iure vtimur quare minime sunt mutanda & c. quia quod frequenter fit, cõ- setur legitime fieri, vt l. certi conditio. §. li nummos. ff. si certum petatur & ibi Bald. & in l. conuenticulam. C. de epis & cleri- cis tenet, quod valet argumentum à fre- quenter, & communiter accidentibus. Nec est dicendum, quod secundus con- tractus est faciendus per formam venditio- nis propter euictionem, quam reuendens debet facere venditori pro factis contra- ctibus, & obligationibus suis proprijs: quia certum est de iure, & ita tenet Barto- lus in l. in diem. ff. de aqua pluuiarum. quod si vendo rem aliquam cum pacto de retrouendendo, quod restituito pre- tio si emptorem ipsam alteri obligauerit reuertitur libera ad vendiorem, nec id mirum est, quia quando emptor rem reuendere

reuendere promittit venditori censetur ipse emptor eandem rem illi in id obligare, & hypothecare text. est in l. creditor. §. post diuisionem. & ibi etiam Bar. & Bal. ff. qui potiores in pignore habeantur. & Bal. in l. creditores. C. de pignoribus. Plus dicit Pau. de Cast. in l. si cum venderet. ff. de pignorati. actio. q̄ oblato pretio per venditorem statim in eum ipso iure, & si ne noua traditione retransit dominium in venditorem dicens, q̄ ipse venditor potest rem vendicare à quolibet possessore, etiam si emptor transfulerit rem ipsam in aliū tertium, hac ratione scilicet: quia emptor non potuit transferre rem, nisi cū sua causa, vt dictum est supra in prima cellula & resolutio iure datoris resoluitur ius acceptatoris vt in l. lex vengal. ff. de pignoribus quod multum facit pro illa opinione, q̄ pro resolutione contractus non soluitur laudemium. et redeundo ad nostram questionem, scilicet, q̄ soluatur medium laudemium in primo contractu & aliud medium laudemium in secundo dico dictam consuetudinem esse seruandam in ciuitate Barcino, territorio hortis, & vineto eiusdem eo presertim, quia pro dicta consuetudine facit, quaedam sententia regia lata in audientia regia ad relationem magnificorum Hieronymi Dalmau & Bernardi Ribalter doctorum de regio consilio in causa, qua ibi vertebatur inter venerabile Bernardū Cardona presbyterum in ecclesia Beate Marie de Pina Barcinonae beneficiatum ex vna, & Michaelē Catala mercatorem partibus, ex altera in qua sunt posita verba sequentia, Attento etiam, quod iuxta vulgatam & notoriam consuetudinem Barcinonae & illius territorij, in quo est sita dicta petia terra ex huiusmodi contractibus, in quibus dominium non transfertur irrevocabiliter non debetur nisi medium laudemium &c. & quod pro prima venditione non soluatur, nisi medium laudemium, hoc verū puto nisi ipsa venditio facta cū dicto pacto de retrouendo, esset facta pro tanta quantitate q̄ verisimiliter non esset spes luitionis quare tunc certe esset soluendum laudemium integrum, ac si esset venditio perpetua & irrevocabilis, faciunt notata per Saly. in l. si. C. de rebus alien. non alienan. & notata à Bal. in eadem l. fin. & idem crederem si res

emphyteutica pignori tradatur pro tanta quantitate, q̄ non esset spes luitionis & in hoc casu loquitur Bal. in dicta l. si. C. de rebus alien. non alienan. & in cap. j. §. aut si quibus modis feud. amitta. vbi dicit quod non habet animum luendi omnis qui plus acquirit supra pignus, q̄ valeat pignus. & allegat l. qui habebat ff. de leg. iij. & Bart. in l. legata §. supellestili. ff. de supellestili legata. & ad hoc multum faciunt notata per Pau. de Cast. in l. qui post C. de leg. vbi dicit, q̄ testator pignorando rem legatā nō videtur legatum reuocare, sicut si alienasset, vt in dicta l. qui post. nisi testator tantum pignorasset quantum valeret, aut etiam pluris vt etiam voluerunt Cyn. Fulgo. & ipse Pau. de Cast. ibi et Bar. in l. rem legatam, in fine ff. de adimendis legatis. quia hoc casu non est magis verisimile, q̄ aut speret redimere rem tanti pignoratam, quā si ipsam penitus alienasset per l. qui habebat. et ibi gl. ff. de leg. iij. & Alberi. Bal. & Alex. in l. sciendum §. possessor. ff. qui satisfacere coguntur. vbi dicunt, fundum ita pignoratum ceteri esse proprium creditoris. Vide nota. per Iacobino. de sancto Georgio in suo tractatu de Roydis nume. 36. vbi latissime probat hanc partem, & magis late per Andream Tiraquel. in tractatu de viroque re tractu pag. 16. nu. 33. ex dictis ergo in presentia cellula illud certū esse intelligimus, q̄ quando fit venditio rei emphyteuticarie cum pacto de retrouendendo de iure cōsuetudinario huius patrie ex primo contractu debet solui medium laudemium, et aliud medium laudemium ex secundo contractu, scilicet, quando fit retrouenditio per emptorem venditori & ita vltimur in presentia ciuitate Barcinonae & in hortis & vineto eiusdem in ciuitate verō Vici, & locis vicinis & adiacentibus aliud seruatur, scilicet, quia in primo contractu soluatur totum integrum laudemium, & in secundo nihil soluatur. Et cum tam de iure ciuili, & canonico, quā municipalibus patrie extra ciuitatem Barcino. & eius hortus, & vineto solutio laudemij cedat emptori causa mouendi animos studentium, verō in dubio, an emptor, qui vigore pacti de retrouendendo reuendit primo venditori possit recuperare ab eodē primo venditore ipsum medium laudemium quod ex dicta sua emptione soluit aut totum lat

demium si totum soluit antequam reuendat, an non? Istam questionem mouent doctores, presertim, de retractu scribentes. et omnes ferè tenent emptorẽ reuendentem debere recuperare à primo venditore census, siue vectigalis pensiones debitas ante contractum, & id quod solutum est mediatoribus siue proxenētis, & instrumenti impensam gabellam, & laudemiam quæ dominis alodialibus dari debent & ad id tenendum mouentur per l. debet. ff. de edict. l. i. ubi est tex. expressus & glos. Tenentes, q̄ si uenditio rescinditur emptori debent restitui omnia prædicta & eua id totum quod lempionis erogatum est casum illius legis debet ad istud propositum applicantes. Mihi tamen non uidetur q̄ possit huic casui applicari nam illa lex debet (secundum sui seriem, et propositum) dependet et est pars ex alia Vlpiani lege, scilicet, à prima lege illius tit. et aliis legibus Vlpiani, quæ præcedunt legẽ, debet. ubi iuriscōsultus uoluit, q̄ si uenditores non reddunt certiores emptores quid morbi uitæ rei uenditæ insit, q̄ propter eorum fallacias, et ut deceptis emptoribus succurratur res ipsa uendita redhibeatur: & in illo casu illa lex debet. statuit, quod talis uenditor reddat, et restituat emptori debita fiscalia ante contracta census, & vectigalia, pensiones gabellam, & laudemium & quicquid emptionis causa est erogatum & merito cū uenditio ipsa culpa uenditoris non exprimentis morbos, & uitium rescindatur actio, ne redhibitoria, id est, rescissoria. sed in nostro casu ipsa uenditio non rescinditur culpa uenditoris, sed rescinditur cōmuni partium contrahentium consensu, uidelicet, ut precedentis pacti de retrouendendo, & sic cessant illæ rationes, ob quas uenditor ita debeat puniri, ut in redhibitoria. Certum est enim, quod emptor qui ut pacti de retrouendendo est obligatus reuendere sciuit tam ante contractum emptionis quam in actu eiusdem quod ipse restituito sibi pretio obligatus erat reuendere & etiam q̄ solutio laudemij aut mediij laudemij cedebat oneri suo & sic uisus est dicta onera liberet subire, eò præsertim, quia ipse emptor medio tēpore, quo res fuit penes eum, lucratus est fructus rei emptæ, quod non fit in casu dictæ legis debet imò emptor

43 Tenetur reddere uenditori fructus rei

quos percepit. & si emptor concordasset cum uenditore de laudemio sibi restituen- do aut gabellâ per dictum pactum cōtractus redderet usurarius. ita tenet Abbas Panor. consil. 76. lib. j. uersu. quarta coniectura dicens ibi, q̄ ex eò, quod emptor in pacto uoluit, quod uenditor solueret omnem gabellam & reliquos sumptus faciendos circa notarios, quod contractus præsumatur usurarius. Quare dico nõ esse recedendum à communi regula, quæ uult, q̄ emptori cedat solutio laudemij, & q̄ teneatur reuendere sine recuperatione dicti mediij laudemij, aut laudemij integri si integrum soluit. Nec obstat dicta lex debet & glo. ibi posita, quia est super alio proposito, ut supra dictum est. Nec obstant dicta Bal. in consil. 253. lib. j. ubi dicit quod creditor, qui accipit rem pignori si sit compulsus soluere debeat fiscalia ante contractum iuxta l. Imperatores. ff. de publica. & uectigalia. illa ante restitutionem rei debet recuperare, quia liberauit debitorem à fisco pro eo soluendo & propterea ei fieri debet restitutio eius, quod reuera soluit. Sed dictum Bal. potest limitari, secundum Ioan. Bertuchii. in tractatu de gabella parte vij. num. 2. nisi creditor sentiat commodum de contractu: quare si sentit commodum tenetur soluere gabellam. non obstat dicta per Ange. Areti. l. iust. de actio. §. in dupli. in uersu. & dicitur redhibitoria: quia ibi loquitur in casu dictæ legis debet scilicet in redhibitoria. Nec obstant ea quæ dicunt Bald. & Saly. in l. non ignorat. C. de fructu. & lit. ex pen. & idem Bal. in l. eos. §. j. C. de usu. ubi

44 tenent debitorem teneri restituere siue refundere creditori instrumenti impensas: quia aliud est in creditore, qui nullum fructum percipit & aliud est in emptore qui quadiu tenet rem subiectam restitutioni siue reuenditioni facit fructus suos ex natura contractus & ita dicendum est quod emptor non potest recuperare dictum medium laudemium aut totum laudemium si totum soluit prout fit Vici à primo uenditore & ita tenet Cepola in dicta lege debet et in tractatu simulationis contractuum in sexta præsumptione & ista opinio mihi placet. Sed tenendo cōtrariam opinionem, scilicet, q̄ emptor non teneatur reuendere nisi uenditor restituat sibi id, quod emptor soluit pro laudemio suæ acquisitionis mo

uo

ueo dubium, an venditor recuperans rem per eum venditam virtute pacti de retrovendendo, in ipsa recuperatione, pro qua debet restituere pretium quod recepit & ultra ipsum pretium laudemium quod ipse emptor soluit tenebitur soluere pro sua recuperatione laudemium de predictis duabus quantitatibus, scilicet, pretio, & laudemio, quas restituit emptori reuendenti. Et dico, qd sic nam reuera venditor recuperans rem virtute pacti de retrovendendo pro sua recuperatione suere emptione, & pro pretio eiusdem vtramq; soluit quantitatem: & sic dicuntur duae quantitates sunt pretium suae recuperationis & cum de toto eo, quod nomine pretij, & aliis datur, debeat solui laudemium, vt probatum est supra remanet expeditum hoc dubium. & sic videmus nos quotidie quod quando in hac ciuitate Barcinonensi fiunt venditiones pro certo pretio franco, & quitio a laudemio, quod tunc venditor tenetur soluere laudemium non solum de praedio ipso franco, & quitio, sed etiam emptor tenetur soluere laudemium de illa quantitate, quae datur pro laudemio, & tunc dicimus, quod soluitur laudemium de laudemio & fit tota die. Et quia in praesenti ciuitate Barc. & in eius hortis, & vineis onus solutionis laudemij credit venditori vt supra dictum est & emptor,

45 ¶ qui reuendit recuperat suum pretium in tegrum credo quod dicitur venditor, qui recuperat virtute dicti pacti de retrovendendo debet, & tenetur soluere laudemium de laudemio vt supra dictum est. Sed quare de alio dubio ponamus quod venditor qui habet ius luendi in vim dicti pacti de retrovendendo vendit aut alienat dictum ius luendi an ex illa venditione siue alienatione debeatur domino directo laudemium & dic quod sic. Nam certum est, quod illud ius luendi est emphyteuticale eo quia descendit & originem trahit a re emphyteuticali: & ideo ex eius alienatione competit domino directo laudemium. Nam nos videmus, quod dominationes medietate, quae sunt infra dominium directum omnes tenentur sub dominio directo, & ex alienatione earum debetur domino directo laudemium & facta suis calibus, vt infra in quarta principali quaestione: quare notarius non potest claudere siue subsignare instrumentum venditionis dicti iuris luendi

nisi prius eidem sit adhibitus consensus, & laudamentum domini: & ita de iure est verum nam cum quid prohibetur, etiam prohibentur omnia, quae sequuntur ex illo vt in c. cum quid de regu. iur. in sexto. Et sic videmus, quod postquam vsus carniui est

46 ¶ prohibitus tempore quadragesimae, sic sunt prohibita oua, caseus, & lac. facit etiam quia, qui ex libera nascitur est liber, & qui ex serua, seruus est, vt insti. de iure personarum per totum. Sed eodem themate retento, quare de quadam quaestione, ponamus, quod ille, qui habet ius luendi, & qui tandi aliquam rem emphyteuticariam vendit illud ius luendi, & quitandi alicui, & ille, cui ius luendi, & quitandi est venditum virtute illius iuris, & facultatis luit, seu quitat rem subiectam luitioni, & quitamento nunc quaeritur, an iste luens, & redimens debeant soluere laudemium necne & certe si praedium quod luitur & quitatur est in ciuitate Barcino. non est dubium quod

47 debeat solui medium ¶ laudemium quod soluitet ipse qui vendidit ipsum ius luendi si ante venditionem dicti iuris ipse recuperasset rem venditam in vim dicti pacti. Sed si sumus extra ciuitatem Barc. suburbia hortos, & vinetum, scilicet in ciuitate Vicci, & in eius vicaria vbi pro redemptione nihil soluitur an redimens tenebitur soluere. & dimissis contrariis, dico, quod sic quia redimens non recuperat per renuntiationem, sed per contractum emptionis, & in eo fit rei traditio: et est noua alienatio & propterea debetur laudemium. faciunt notat. per Jacobum. de Sancto Georgio. in tractatu gabellarum in v. parte nu. 5. & per eundem in tertia parte viij. partis nu. 15.

Ex charta precaria debentur nouem solidi.

Summa capita.

1. Instrumentum emphyteutis quando renouabile.
2. Renouanda chartae causa quid dandum.
3. Leicorum status ecclesie non obesse.
4. Status contra ecclesiam abelenda.
5. Ecclesie possidentis commodum.
6. Allosia ecclesie quo excedant.
7. Precarij & chartae precariae differentia.

Cellula

Cellula vndecima.



Mortuos, & sapissimi contingit tā propter vetustatem, quā aliis variis modis, quod instrumenta venditionum, et in emphyteusim concessionū, & alia, quae sunt super alienatione ipsarum rerum emphyteuticarum perduntur, adeo, ut eorum exhibitio impossibilis sit, & ut in tractatu de ratione t̄ capi breuiandi dictum fuit emphyteuta potest cogere dominum ut sibi faciat instrumentum nouae laudationis, siue chartam precariam, prout quotidie de facto videmus fieri, quae renouationes siue inuestiturae appellatur de iure ea t̄ propter est sciendum quod pro dicta charta precaria, siue renouatione siue inuestitura de consuetudine inconculsa Cataloniae solent dari domino directo, siue dominis alodiariis nouem solidi monetae Barcinonae. Et hoc est fieri consuetum: & sic videtur tota die à longo tempore citra: quare minime sunt mutanda, quae certam semper habuerunt interpretationem ut in l. minime. ff. de leg. & c. cum dilectus, de consuetu. & Abbas Panor. in c. cum ad sedem, de resti. spolia. & Lappus allega. 50. de iure autem ciuili pro dicta t̄ charta precaria siue renouatione datur, & dari debet vna quinquagesima glo. est in l. fin. c. de iure emphyteu. in verbo aestimacionis & ita tenet Ias. Mayn. in dicta. l. fin. nu. 39. in 15. notabili. & est sciendum, quod de, & super istis chartis praecariis per consiliarios, & concilium praesentis ciuitatis Barcinonae in anno domini M. ccccxvj. die vero vigesima octaua mensis Nouembris existentibus consiliariis honoratis, & prouidis viris dominis Mathaeo Turelli, Ioanne Finalli, Arnaldo de torrente Galcerando Carbonis, & Ioan. Bufot fuit facta quaedam ordinatio siue statum his verbis. Item, quae quisquon notari, qui sera appellat ō requeit per rebre, ō fer aliqua charta precaria de aliqua proprietate ō honor quis tinda per sgleia en la ciutat ō territori de Barcelona ab subirana cura e diligentia cerche hara de cercar als mills que pora si ladita sgleia succheixa lecs apres la sententia dada per lo Senyor Rey en laume e lo bisbe de Valentia fo-

bre los luyfmes e aco per squinar tota frau e engan prauidici y lelio de la cosa publica laqual sententia feu dada en lo anni M. cccx. eque sine trobara la dita sgleia succehir e esser en possessio, à bans de la dita sententia, que no gos metre en la charta precaria la clausula del luyfme sino al deli. Praedictum statutū, seu ordinatio, in quantum iubet notariis, quod antequā faciant chartas precarias maxima cum diligentia examinent, qualiter dictum precarium sit faciendum, est laudabile, & à cunctis seruandum. Sed in sua dispositione est non seruandum: t̄ quia certum est, quod est laicorum statutum, & contra ecclesiam & eius immunitatem: & statuta laicorum, quae veniunt contra immunitatem ecclesiae non sunt seruanda ut in c. ecclesia sanctae Mariae. & in c. quae in ecclesiarum, de constit. extra & in extrauagan. incipienti nos Federicus Romanorum Imperator & Bar. in repetitione l. de quibus. ff. de legi. & in authent. cassa & irrita. c. de sacrosan. eccle. & Bal. in l. j. c. de summa Trini. et fid. Catho. in super, quia super rebus ecclesiae temporalibus laici non possunt disponere quia t̄ sicut personae ecclesiasticae sunt exemptae à laicis ita & bona ecclesiarum ut in c. fin. de rebus ecclesiae non alien. & ibi Abbas Panor. & Bal. in l. j. c. de sum. Trinita. et fide catho. & tex. in l. decernimus. eo. ti. Imo ut dicit Pau. de Cast. in dicta authent. cassa dominus Praepositus in li. feudorum in c. a ruttis, & de consuetudine contra immunitatem ecclesiae tollen. & Bald. in d. authent. cassa, & irrita. c. de tex. in c. grauem extra de sententia excommunicationis. & distinctio. x. consuetudines per totum t̄ debent aboleri à volumine statutorū & ista abasio debet fieri intra duos menses, ut in dicta extrauaganti Impera. Federici. Quae autē sint statuta, quae sunt contra libertatem de clarat Pau. de Castr. in dicta authent. cassa, quae puto non esse seruandū: quia postquam res ipsa reperitur in alodio ecclesie, seu penes ecclesiam notarius in dubio debet ponere clausulam septimi aut quinti iuxta praedicti qualitatem per ea, quae dicit dominus Panor. in c. j. de testu. & in repetitione ca. cum esset. eo. ti. vbi dicit quod ecclesia habet fundatam intentionem suam de iure communis super omnibus bonis possessis à prelo defuncto. vnde omnia praesumuntur

7 tur esse patrimonialia, post q̄ ꝑ ecclesia re-
peritur in possessione. Si tñ hæres praela-
ti sit in possessione, & dubitetur, an illa ho-
na habuerit prelatum ante prelaturam, vel
post, hæres est defendendus in sua posses-
sione donec contrarium probetur per eccle-
lesiam, faciunt etiam notata in c. j. & in ca.
j. & in c. iij. de peculio cleri. & ibi Andre.
Barba. maxime, quia tam ante latam tentē-
tiam arbitralem super solutione laudemio-
rum, q̄ post eā alodia ecclesiastica fuerunt, &
8 sunt multo plura alodiis laicorum in tan-
tum q̄ cum ferē omnes proprietates exi-
stentes in ciuitate & territorio Barcinonæ
sunt de vno alodio putā ecclesiastico vel
laicali in centum non sunt quinque alodia
laicalia: quare cum dicta alodia laicorum
sint paucissima, & alodia ecclesiastica
q̄ plurima, in dubiis pro ecclesia est iudi-
candum: & ideo hac alodiorum ecclesia-
sticorum multitudine persuasus ingenue
fateor me in dubiis semper credidisse, &
fecisse contra dictum statutum supra inser-
tum: quia in dubio pro ecclesia est iudican-
dum arg. l. in ambiguis. ff. de iure dotium
cum magis fauendum sit ecclesie q̄ doti-
9 bus. & no. q̄ ꝑ precarium, & charta pre-
caria differunt: quoniam precarium in gene-
re neutro, est quod precibus petenti vt en-
dum conceditur tam diu, q̄ diu is, qui con-
cessit, patitur, vt in l. j. ff. de precario et hoc
modo capitur precarium strictē. Capitur
aliquando largē, vt in l. malē agitur. C. de
prescriptio. xxx. anno. Precaria autem in
genere feminino est contractus concessi-
onis de v. in v. annis vt tenet Bal. in l. si fi-
nita. §. si de vectigalibus. ff. de dāno infect.
in v. col. in. iij. q. & las. May. cum referens
in l. j. nu. 42. C. de iure emphyteuti. & iste
contractus precariæ, vt tenet las. in loco
supra allegato in omnibus & per omnia
est eiusdem nature cuius est contractus
emphyteuticus, & ponit differētiās in qui-
bus differt à contractu colonario, & à con-
tractu superficiario, & quibusdā aliis.

Summa capita.

- 1 ꝑ Dominorum omnium necessarius consensus & ꝑ.
- 2 Laudemium duplicatum quis exigit.
- 3 Laudemium qui probandum.
- 4 Emphyteusim clementium poena. 12. 13. 14. 16. 17. 32. 33.
- 5 Commissum quatenus sublatum. 70.
- 6 Emphyteute mentientis poena.
- 7 Emphyteute fingentis poena.
- 8 Contrahentes quā iurare debeant.
- 9 Statutum secundum an reuocet primum.
- 10 Poena clementium emphyteusim qui accipiendæ. 19. 20.
- 11 Emphyteusim uidentis poena. 30.
- 12 Laudemij duplicati poena quando cesset quibusq̄ insi-
sta 28.
- 13 Laudemium ex lucratiuis non deberi. 34.
- 14 Lucratiuis quando sine domino acquirantur.
- 15 Laudemium ubi petendum.
- 16 Consi non soluto veni non committi.
- 17 Solutionem cessantium poena.
- 18 Lex Gothica ubi seruata.
- 19 Genus non derogat speciei.
- 20 Consuetudo laudemiorum correctæ.
- 21 Laudemium an ex lucratiuis debitum.
- 22 Laudemium duplicatum deberi qui accipiendum.
- 23 Reuenditionis forma.
- 24 Resoluta uenditione an debeatur laudemium.
- 25 Laudemium ob calamum soluendum & 41. 62.
- 26 Nudum quid.
- 27 Alienata dici non posse non tradita.
- 28 Dominus nisi traditione perdi.
- 29 Laudemium duplex quando debitum.
- 30 Vfus fractus retenti effectus.
- 31 Dominium qui traditum. 48. 49.
- 32 Inuestitura qui fiat.
- 33 Dominus agnato potior.
- 34 Resilitur à contractu impune re non tradita.
- 35 Resiliens consensus non sufficere.
- 36 Laudemium ex constituto non duplicari.
- 37 Compensationi quando, an non, locus sit.
- 38 Laudemium duplex ex quo possessione debitum.
- 39 Laudemium non, nisi re tradita, deberi 50.
- 40 Laudemium duplex an ex ficto contractu debitum.
- 41 Laudemium duplex a quo petendum. 61.
- 42 Laudemium cui debitum.
- 43 Traditio quid.
- 44 Finire, an initium spectari debeat.
- 45 Gabella an ex contractu quous soluenda.
- 46 Beneficiatus nouus quibus non succedat.
- 47 Beneficiatus quid debeat facere.

Laudemium duplicatum

debetur, si corporalis possessio re-
cipiatur sine consensu, &
laudamento do-
mini.

Cellula Duodecima.



Laudemia enim in omnibus, &
singulis calibus supra dictis, &
in vnoquoq̄ ipsorum soluenda
sunt, vt supra dictum est: &
hoc verum est, si acquiruntur ipsarum re-
rum

rum emphyteuticāliū recipiant & intrent possessionem præcedente cōsensu firma, et laudamento domini, siue dominorū, pro quibus tenentur ita, q̄ si plures sunt domini omnium consensus, & laudamentum requiritur, & non sufficit consensus, solius vnus probantur hæc per pragmatīcam: quoniam dignè regnat, & per constitutu. domini Regis Ferdinandi in ca. xvj. als scandols in verbo dels Senyors in numero plurali. & ita tenet ibi expresse Thom. Mieres fo. 109. co. ij. in fi. et Guliel. de Vallesic. in vfa. si quis suum feudum fo. 89. co. ij. Præpositus in vlibus feudorum in l. Imperialem. de prohibita feudi alien. per Federi. Iaf. in l. h. C. de iur. emphy. in q. 12. nu. 123. & Ioan. Andreas super Spec. in §. nūc aliqua in versi. 72. & ita tota die practicatur Barcinonæ licet quidam dicant cōtra de consuetudine scripta Cataloniæ in cōmemo. Pet. Albert. c. 48. Item est consuetudo Cataloniæ: ego tamen non video, q̄ prædictum c. hoc dicat, q̄ sufficit consensus, seu firma vnus solius domini: ¶ in id verum est, q̄ id quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet, vt in l. si §. hna. C. de autoritate præfata concor. extra de reg. iur. in vj. c. quod oēs. & c. archiepiscoporu cum gl. super verbo cum omnibus de tēpo. ordi. facit etiam l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & est verum, quod alienatio rei emphyteuticæ tangit omnes dominos, vel quo ad laudamentū, vel quo ad fatīcam vt in cōstitutione domini Regis Caroli nūc feliciter regnantis. in curia Barcinonæ ca. com moltes vegades. etiam si fēt in nuda perceptione: quia tunc habent fatīcam, vt infra in quarta principali quæstione dicitur: hoc tamen verum est, q̄ ille dominus solus potest exigere laudemium ¶ duplicatum, cuius consensus, & laudamentū non fuit requisitus, & obtētus: quia in nō plus puniri debet, quā deliquerit. l. hæres. ff. de his, qui. vt indignis. Secus autem esset solvendum laudemium si ipsi acquirentes prædictarū rerū emphyteuticarū possessionem acquirant prædictis consensu & laudamento domini siue dominorum nō præeuntibus seu prius expresse obtētis, vel tacite vt dicit Iaco. de Calicio in vfa. Caslani in verbo consensu fo. 83. col. iij. de quibus firma, & laudamento expressis pōt apparere in ipso instrumento alienationis

per subscriptionem manu propria ipsius domini, siue dominorum, aut alicuius publicæ personæ, de domini, siue dominorū tamē voluntate ibi positam, vt in dicta cōstitutione, als scandols & in gloss. in vfa. si quis suum feudū fol. 85. co. ij. vel extra in instrumentum per testes aut instrumenta, vt tenet in terminis dictus Thom. Mieres in dicta constitutione, als scandols fo. 110. col. j. & Calicio in vfa. Caslani vt supra dixi. et in libro intitulado Tomi duo de arte notariæ, est forma specificā de firma, quā facit dominus extra instrumentū alienationis & ego sic practicavi per quatuor vices in præsentī ciuitate Barcino. dicendo instrumentum consecutum de firma domini extra instrumentum alienationis ad vsum, & consuetudinem notariorum publicorū Barcino. qui pro maiori parte concipiunt instrumenta in prima persona: Quia hī prædicti acquirentes rerum emphyteuticāliū sic sine consensu domini ¶ siue dominorū dictam possessionem recipiant, & intrent puniuntur variis modis, & pœnis secundum diuersa iura. Nam de iure canonico, & ciuili incedunt in pœnam commissi, siue amissionis rei alienata seu acquisita, vt in l. h. C. de iure emphyteu. iuncta gloss. & ibi Bart. Bal. Saly. & Iaf. May. & in c. potuit. extra de loca. iuncta glo. & glo. in ca. constitutus. de religio. domi. & in vlib. feudorum titu. de prohibita feudi aliena. per Lota. c. j. & co. ii. per Federi. in l. Imperialem. & de vfu. mediola. titu. quæ sit prima causa bene. amitten. §. h. & doctores in athen. qui rem. C. de sacrosan. eccle. de iure autem Gothorum per l. j. lib. x. quod hodie in hoc casu, et quibusdam aliis casibus seruatur in Catalonia prædictum ¶ commissum est sublatum tam propter pensiones cessatas, quā etiam si res vendatur, et tradatur sine consensu domini siue dominorum, pro quibus tenentur res emphyteuticariæ. Isti enim duo casus scilicet, non solvere per biennium in ecclesia & per triennium in priuato & alienare sine consensu domini sunt & reputantur sub eadem censura, vt tenet Saly. in l. ij. C. de iure emphy. Quia primo casu, scilicet, quando pensiones cessantur emphyteuta puniuntur in censibus siue pensionibus duplicatis per tex. in vfa. si Senyor & ibi hoc tenent doctores et Iacob. Marquel. in vfa. si quis suum feud.

fo. 375. co. iij. in fine & est de hoc text. expressus in privilegio recognouerunt proceres c. 27. item, q̄ ille qui cessat & hoc tenet ibi Iaco. Marquel. in sua margarita Iacobina hoc tenet etiā Tho. Mieres in constitutu. R. Alfonsi iij. in curia Montifalbi ca. xxxvij. Item statuimus, & ordinamus et in constitutu. itē ne super laudemio fo. 166. col. ij. vers. itē nota, q̄ iniuriā facit. Secūdo vero casu si res emphyteutica alienetur, & tradatur sine consensu domini sunt impostite alie p̄cne vt infra statim dicitur. & q̄ ius Gothorū in hoc casu etiam hodie seruatur, tenet Thom. Mieres in curia Ceruarie do. R. Pet. iij. c. iij. item ne super laudemio fo. 165. co. iij. & in dicta constitutu. R. Ferdinādi c. als scandols fo. 111. col. iij. & in dicta constitutu. do. R. Alfonsi. iij. c. xxxvij. itē statuimus, & ordinamus & Iaco. Marquel. in vfa. Iudicia curia fo. 235. co. j. in fin. tenet idē scilicet dictā legē Gothicam in hoc casu, etiā hodie in Catalonia seruari et ibi ponit aliquos casus saltem remissiuē, in quibus in Catalonia etiam hodie seruat lex Gothica & lic ius ciuile & canonicū per ius Gothorum in hoc est correctū. Cum ipso Gothorum iure concordat ius municipale Catalanorū, quo t̄ sublatum est cōmissum, vt ex dispositione, & mēte vfatī, si quis suū feu. & tenet ibi expressē gl. fi. & in eo. vfa. pluries & Iac. Calicius & ex mente vfa. si quis baiulū & ibi Iaco. Marquel. fol. 375. col. iij. & ex mente vfa. Caslani. & ibi practici doctores & Thom. Mieres in constitutu. Itē ne super laudemio. curia Ceruarie & Io. de Succarra. in commemo. P. Albert. c. eodem & ex mente ipsius constitutu. item ne super laudemio et doctores practici in vfa. si quis suū feu. videlicet Iac. Calicius fo. 86. co. iij. & Guilielmus de Valle. sic fo. 88. co. ij. et ex mente pragmatice R. Pet. primi quoniam digne regnat posita in volumine constitutu. Catalo. sub rubrica de iure emphy. in qua ponitur p̄cna quingētorū aureorū, & expressē in privilegio recognouerūt proceres c. 28. item, q̄ ille, qui vedit ex quibus omnibus habeo mihi probatum, quōd in Catalonia non habet locum commissum propter pensiones cessatas, nec propter alienationem, & traditionem factas de re emphyteuti. sine consensu domini: imō in his: & alitis casibus sublatum est nisi quando vassallus vel emphy

teuta scienter negat rem esse feudalem vel emphyteuticariam, vel eam scienter vendiderit pro alio dīo cum sciret eam esse feudalem, vel emphyteuticariam hos casus ponit Iacobus Marquel. in vfa. si quis baiuliam fo. 376. co. j. & glo. si. in vfa. si quis suum feudum et hoc communiter tenetur a doctōrib. practicis quōd in dictis duobus casibus habet locum commissum hodie & dominus Thom. Mieres in constitutu. als scandols ponit quandam vsantiam dicece. Gerunda per quam in certo casu ibi expresso adhuc habet locum commissum. Ego verō adduco aliam consuetudinem eiusdem dicece. Gerunden. que est tenoris sequentis. Consuetudo est, q̄ si emphyteuta cessauerit per triennium putare vineam, quōd potest priuari per dominū vinea: nisi iusta causa valeat se excusari & est sumpta a libro Arnaldi de vineis iurisi doctōris Gerundæ & Iac. Calicius in vfa. si quis suū feudum fol. 91. col. j. dicit, quōd dictum commissum habet locum hodie, si vassallus vel emphyteuta committunt fraudem in alienando nō exprimendo verum pretium: & dicunt Sali. in l. h. C. de iure emphyteu. & Hostien. in c. pouit de loca. & ibi imo. in primo notabili & Ioann. Faber in dicta l. h. q̄ si emphyteuta mentitus t̄ est de pretio: quia minus esse asseruit quā vera esset, quod perinde est, ac si, irrequisito domino, facta fuerit: & sic committit rem & ratio est, quoniam inter dominum, & vassallum vel emphyteutam nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire vt in c. iij. de prohibita feudi aliena. per Lotharium & Thom. Mieres in dicta cōstitutu. als scandols fo. 91. col. iij. in fi. allegando privilegium recognouerunt proceres dicit, quōd propter fraudem semper habet locum p̄cna commissi facit tex. in vfi. bus feudorum tit. quibus modis feudum amitta. ca. j. s. aut si libellario & text. est de hoc expressus in l. Imperialem de prohibita feudi aliena. per Federi. vbi dicit text. q̄ si super alienatione feudi loco venditionis faciant donationem quōd res ipsa t̄ feudalis amittitur, ne tale signemū, nec alia fraus contra illam constitutionem excogitetur vbi etiam statuitur quōd notarius, qui sciens fraudem committi scripserit priuetur officio notarie cum infamia, atque ei manus amputetur & ita tenet Iac. Mag.

quæ in vfa. si quis suū feudum. fo. 115. col. j. Guido Pap. quaestione 171. idem tenet videlicet, quòd res propter fraudem committatur: fraus etenim non debet alicui prodesse Cy. & Bal. in l. si infantem. C. de leg. & Specu. de celsione actionis verli. ex præmissis & de appella. §. iij. verli. sed secundum. Et sic ne fraudes committantur, hodie est cautum per constitu. domini R. Caroli in villa Montiffoni anni M. 547. c. 21. q. notarius debet exigere à paribus iuramentum quo medio afferant partes contrahentes super alienatione rerum feudalium & emphyteuticalium, quòd non committunt fraudem, & Speculator dicit in §. nūc aliqua in verli. 92. de loca. q. quando partes committunt fraudem in alienatione rerum feudalium, vel emphyteuticalium perinde est ac si nō denuntiaffent domino. Itē etiam habet locum commissum in casu constitutionis R. Alfonsi iij. ca. item commemorans, & est quando pagensis relinquit manum inhabitatum per vnum annum, prout in dicta constitutione quod tempus postea fuit reductū ad tres menses per sententiam arbitralem latam inter seniores pagensium & ipsos pagenses, quæ vulgò dicitur redimentarium in ver. viij. item pronuntiam arbitram y declaram que si los pagelos seu iram qua sententia lata est in monasterio beate Mariæ de Guadalupe per dominum R. Ferdinandum vltimum die vicefima prima Aprilis an. domini M. cccclxxxvj. Aliud etiam commissum inducitur per clementinam si quis suadente diabolo de poenis. Alios casus affert loa. de Succarratis in commemo. Pet. Albert. c. eodem pa. 119. & sequen. nu. 38. & sequē. videlicet, si emphyteuta malè tractet rē et si incidit arbores fructiferas per quartū incisionem fundus factus est deterior, & si hoc vltimum videatur esse correctum per quoddam c. positum in ordinationibus vocatis deu sancta Cilia ciuitatis Barc. quod incipit, que totom pot plantar arbes: et sic postquam poena commissi siue caducitatis de iure huius patriæ non habet locum etiam si emphyteuta cessat soluere pensiones vel alienet rem emphyteuticam sine consensu domini nisi in certis casibus supra dictis: & nisi in aliquibus locis in quibus magis per ignorantiam iuris huius pa-

trię quàm aliter adhuc illo abutuntur prout in villa Ceruarie diocesis Viceñ. afferentes quòd ibi in dicta villa est consuetudo antiqua non tamen scripta de cuius initio non est hominum memoria in contrarium tamen esto, quòd dicta consuetudo sit in dicta villa Ceruarie adhuc puto
 12 † commissum ibi fieri non posse: quia dicta consuetudo asserta esset contra constitutiones & consuetudines generales Cataloniae contra vsaticos Barcinonæ & alia iura huius patriæ & omnis consuetudo quantumcunque antiqua, quæ est contra vsaticos Barcinonæ & constitutiones Cataloniae et consuetudines generales est abusus, & corruptela: ita enim cauetur per constitutionem domini Regis Ferdinandi secundi in prima curia Barcinonæ capitu. xvij. delians & in cap. xxij. poch valria & in secunda curia Barcinonæ eiusdem domini Regis capitu. 67. mēfauant statum. & in curia Barcinonæ an. domini M. diij. capitu. 116. mēfauant statum Regis Ferdinandi secundi cum ergo dicta consuetudo sit contra dictos vsaticos & constitutu. ergo &c. Quare nunc restat videre eodem iure patrio qualiter recipientes, & intrantes possessionem irrequilito consensu, & firma domini siue dominorum puniuntur. Et ad hoc plene intelligendum est notandum, quòd dominus Rex Petrus primus sua constitutione pacis & treugæ in §. nullus Christianus quæ data fuit Calend. Aprilis anno domini M. cxcvij. voluit, quòd contra istos recipientes, & intrantes corporalem possessionem rerum feudalium & emphyteuticarum posset procedi
 13 † per dominos eorum per oblationem querelæ pacis, & treugæ viola. in qua solent estimari damnum & iniuria ad certas pecuniarum quantitates salua iudiciali taxatione: quiquidem §. nullus Christianus postea fuit confirmatus per aliam constitutionem pacis, et treugæ factam per eundē d. R. & cardinalem Conuenarum, incipientem ad honorem Dei &c. quæ posita est in volumine cōstitutionū sub rubrica de pace & treuga fol. 238. col. iij. in fine lib. x. & ad hæc faciunt notata per Ioannē de Succarra. c. eodem in commemoratio. Pet. Alber. pa. 120. nu. 4. Postea verò quia forsā solennitas dictæ querelæ videbatur nimia,

nimia, & tardius ad eam recurrebant propter difficultatem aut nimias impensas in tali casu idem dominus R. Pet. j. per suam pragmaticam siue priuilegiū incipiens. quoniam dignè regnat positam in volumine cōstitutionum supradictō sub rubrica de iure emphyteutico, quæ data fuit Barcinonæ vj. Idus. Martij sub anno incarnationis domini Iesu Christi M. ccx. voluit, & 14 iussit, q̄ tales recipientes possessionem rerum emphyteuticalium absq̄ firma, & consensu domini siue dominorū puniatur pena quingentorū aureorum: licet tex. dictæ pragmaticæ, quī translatus est de Latino idioma in patriū Catalanorū sermonem habeat florins. Nec est dicendū, q̄ predictus nullus Christianus. sit correctus per dictam pragmaticam, quoniam dignè regnat, quia iura non corriguntur, nisi quatenus expressè dicatur & si dominus Rex vellet ipsa iura corrigere expressè dixisset, vt notatur in c. ad audiētū. de decimis. Sed hoc in dicta pragmatica non dicitur. Preterea (vt infra statim dicitur) correctio legum omnino est euitanda, vt iuribus infra allegatis. insuper dicit Pau. de Cast. post Bal. in j. constitutione Codicis. in §. quibus & Alex. in l. fin. ff. de falsis. q̄ statutū antiquū per nouū statutum debet seruari, & noua lex non tollit precedentem: nisi quatenus ei contrariatur vt in auth. de non alien. aut permu. & ibi gl. col. ij. & Bar. in l. oēs populi. in iij. q. ff. de iustitia et iu. dicit, q̄ statutū secūdū non reuocat primū, nisi expressè dicatur, & constitutio als scandols, facit multū ibi vltra les altres penes de dret per quæ verba clarè patet, q̄ priora statuta non sunt correctā: cum eorum pœnæ posint exigi: aliās frustra ponentur illa verba, vltra les altres penes de dret. Ex quibus patet qualiter tales sic possessionem assedantes non obtinent prius firma & laudamēto domini possunt puniri pena quingentorū aureorū inducā per dictā pragmaticam quoniam dignè regnat, et procedēdo cōtra eos per oblationē querelæ pacis, & treugæ violatæ. iuxta dispositionē dicti §. nullus Christianus. et credo q̄ dicta pœna quingentorū aureorū nō pōt exigi: nisi recipiatur possessio sine cōsensu dñi quando alienatio est facta per cōtractū inter viuos: & ita pōt cōprehendi ex verbis dictæ pragmaticæ in exēplis ibi datis. Successi-

uè verò dñs R. Ferdināndus primus in curia Barci. c. xvj. als scandols celebrata ann. 17 domini 1310. statuit, q̄ ipsi facquiritores rerum emphyteuticalium siue feudalium, si cōsequerentur possessionē sine firma, & cōsensu domini siue dominorum puniretur pœna laudemij duplicatis vltra alias pœnas iuris subaudi municipalis huius patriæ, & non ciuilis quia per illa verba les altres penes de dret. non sunt intelligendæ pœnæ iuris cōis: quæ sunt pœna cōmissi siue caducitatis, vt tenet Ia. Marquel. in vfa. Iudicia curia in fi. fol. 235. co. ij. sed sunt intelligendæ pœnæ iuris municipalis huius patriæ: scilicet, pœna quingentorū aureorum quæ inducā fuit per dictā pragmaticam quoniam dignè regnat & per dictā pœnam procedendi per querelam pacis, & treugæ violatæ, quæ inducā fuit per dictū §. nullus Christianus. & ratio vera quare pœnæ iuris ciuilis non debeant intelligi est: quia si per illa verba, vltra les altres penes de dret. intelligerentur pœnæ iuris ciuilis: esset corrigere multa iura huius patriæ p̄ quæ caducitas, et cōmissum sunt sublate: quod nō est dicēdū quia correctio iurū nō debet indici nisi quatenus expressè reperiat §. cū igitur in auth. de nō eligē. secun. nuben. & in c. cū expedit de electō. in vj. & in l. præcipimus. C. de appel. & in l. vnica. C. de inoffi. doti. & in §. fi. in auth. de exhibendis & introm. reis & in c. cū dilectus. cū gl. super verbo hic iuri cōi extra de cōstitū. et sic ne inducatur legū correctio, est dicendū q̄ per illa verba vltra les altres penes de dret. non sunt intelligendæ pœnæ inducā per ius ciuile: sed sunt intelligendæ pœnæ inducā per nostrū ius. & ita tenet Thom. Mieres in dicta cōstitū. als scandols fo. 112. co. j. in princ. et est vera opinio. Nouissimè verò dominus R. Pet. ij. cōfirmādo omnia iura supra allegata loquentia de puniēdis his, qui predictā possessionem rerum emphyteuticarum recipiūt irrequisitis consensu, & firma domini pro quo tenentur quando pragmaticam edidit, quæ est tenoris huiusmodi.

Priuilegiū R. Pent. tertij.

Petrus Dei gratia &c. prouisionē cogitantes, quōd multa per obliuionis dispendium dilabuntur, quæ in nostrorū iurium detrimentū, & rei publicæ saluonem vergere dignoscuntur: propterea priuilegia

& statuta primogenitorū nostrorū oppor-
tunū, & debitū ad eorū obseruātam et ad
præmissorū obseruationē decreuimus in-
nouare. Igitur attēdentes, qualiter Serenif-
simus do. R. P. j. antiquus Aragonū, geni-
tor noster, habita plena & spaciofa delibe-
ratione cū concilio curiæ suæ statuit firmi-
ter, & mādauit & districte præcepit in per-
petuum, q̄ nunq̄ liceret alicui personæ in
Barcinona vel toto cōmitatu eiusdem ali-
quos honores, vel possessiones quos, vel
quas ad cēsum vel emphyteusim haberet,
& teneret per aliquas personas clericales
vel laicales vendere, impignorare, obliga-
re cēsum siue tributo stabilire vel quomodo
libet alio modo alienare sine licētia specia-
li, & voluntate principalū dominorū, quæ
quidē omnia sub pœna quingētorum au-
reorū præcepit p̄petuō inuolabiliter ob-
seruari, Attēdentes etiā, q̄ de iure cauetur,
q̄ nullus feudatarius vel emphyteuta au-
deat intrare possessionē noui feudi vel no-
uæ rei emphyteuticarię sine domini volū-
tate. Idcirco statuti prædicti do. R. Pet. &
prædicta, quæ decreta sunt in iure cōmuni
tanq̄ vtilia vobis prælatis, & personis
ecclesiasticis, ac multis aliis habitibus feu-
datarios, & emphyteutas tenore præsen-
titi inuouātes ea sub pœna in dicto statuto
prædicti domini R. conrēta quam quidē
pœnam transgressoribus decretorū, & sta-
tutorū iuris cōs illis videlicet qui præsu-
munt ingredi in possessionē feudi, vel rei
emphyteuticæ sine domini volūtate nūc
imponimus, & adiicimus, præcipimus per
petuō, ac inuolabiliter obseruari, Mandā-
tes per præsentēs procuratoribus, eorūq̄
vices gerentibus necnon vicariis, & bai-
ulis ac vniuersis aliis, & singulis officialibus
nostris præsentibus, & futuris q̄ quilibet
ipsorū in districta & iurisdictione sibi cō-
missa prædicta statuta seruet & faciāt effi-
caciter obseruari, & pœnas exigāt ab illis,
qui prædictis statutis præsumpserint con-
trauenire quoties per actum contrariū inci-
derint in easdē in cuius rei testimoniuū præ-
sentem inde fieri & sigillo nostro appen-
so iussimus cōmuniri, datū Barci. quinto
idus Augusti anno domini M. ccccxxxix.
Ecce qualiter dictus dominus Rex Pe. iij.
voluit conseruare & confirmare prædicta
statuta punientia illos, qui possessionem
acquirunt rerum feudaliū & emphyteu-

ticariarum, irrequisito consensu & lauda-
mento domini siue dominorum, quæ statu-
ta locum habent in toto Catalonia princi-
pato: nisi in illis villis locis et ciuitatibus in
quibus per alia iura propria illius loci, vil-
læ vel ciuitatis aliter est statutum. Ex qui-
bus ego colligo, q̄ si emphyteuta vendi-
derit aut aliter inter viuos alienauerit titu-
oneroso & possessionē tradiderit vel em-
ptor aut alius acquirerit illam acquisierit
sine firma, & cōsensu domini siue domi-
norum prius non obtentis debet soluere pœ-
nam quingentorum aureorum per dictam
pragmaticam, quoniam digne regnat, &
contra eos potest offerri querela pacis, &
treugæ violatarū per dictū §. nullus Chri-
stianus & nihilominus per dictam consti-
tu. als scandols debēt puniri in laudemio
duplicato: quæ quidē pœna duplicati lau-
demij, vt dicit dominus Thomas Mieres
in dicta constituto. als scandols fo. 110. col. j.
non habet locum in alia acquisitione, quæ
fieret aliter q̄ per titulum venditionis &
dominus Jac. Marquel. in vsati. magnates
in q. incipien. quæro iuxta præmissa fol. 97.
col. iij. dicit dictam constitutionē als scan-
dols esse seruandam in suis terminis, vide-
licet, in venditione et nō errabitur. Ex qui-
bus infero dictus Mieres simul cum dicto
Marquel. q̄ pœna i duplicati laudemij nō
habet locum nisi in alienatione per vendi-
tionem facta & non in alia alienatiōe, quæ
fieret per donationē aut aliū cōtractū inter
viuos vel causa mortis legatū institutionē
fideicōmissū, aut aliū quēuis titulū lucra-
tiuū. Sed in dictis titulis lucratius si acqui-
rens, irrequisito consensu dñi intraret pos-
sitionē alia pœna, videlicet, pœna proce-
dēdi per querelā pacis & treugæ viola-
rū inducā per dictum §. nullus Christia-
nus habet locum scilicet quando emphy-
teuta res donatur alicui vel legatur in vlti-
ma voluntate, vel in ea aliquis extraneus
instituitur: nam in prædictis casibus etiā
domino debetur laudemium tertium seu
fortiseptium ita tenet gloss. in l. fina. C. de iu-
re emphyteut. & Salicet. in eadem l. idem
tenet Bald. in ca. literæ. de dilatio. Specul.
vero in §. nunc aliqua in vers. 114. facit mē-
tionem de dicta gloss. postea refert opinio-
nes, & nullam firmat & in suprā inserta ge-
nerali consuetudine & in constitutione
Regis Petri tercij capitu. iij. item ne super
laude

Laudemio in versu. si vero is cui tit. & in privilegio recognouerunt proceres c. j. si inducatur per argumentū à contrario sensu. hoc modo in ciuitate Barci. per priuilegiū ex titulo lucratiuis non requiritur. cōsensu dñi. nec soluitur laudemii vt in j. locali ergo extra dictam ciuitatē vbi tale priuilegium nō extenditur debet solui laudemii ex titulo lucratiuo et in commemora. Pet. Albert. c. 43. si aliquis habet hominem siue vassallum. Quia licet hodie sit licitum emphyteutā donare instituire, & per fidei cōmissum seu substitutionē rem feudalem, et emphyteuticariam relinquere extraneo se eādum veriorē opinionem doctorum quam latissimē examinat las. May. in l. fin. in gl. magna in verbo vendere nu. 33. & se quem. & Guido Pape in suis decisionibus q. 46. & de hoc est hodie text. expressus in dicta constitu. R. P. iij. c. iij. item ne super laudemio & pluribus aliis locis non tamē est permissum inducere nouum emphyteutam in possessionem sine consensu domini saltem, quando debetur aliquid pro laudemio ita tenet las. May. & lmo. in l. si domus. §. i. ff. de lega. j. & idem lmo. in ca. potuit extra. de loca. & idem las. May. in l. si. C. de iure emphyteu. nu. 62. & dictus Guido Pape. in q. supra proxime allegata dicens ibi q. credit q. ista opinio est veritas, & nostra iura municipalia in §. nullus Christianus in constitutione hæc est pax & in dicta pragmatica quoniam digne regnat & in dicta constitutione als scandols & in privilegio recognouerunt proceres c. 27. & sequē. & sentētia arbitralis verit. declarātes & ita tenet Calic. in vfat. li quis suum feu. fo. 89. co. iij. in verbo donauerit & hoc videtur tenere lo. de Succarra. in c. castella. seu feudatarius in commemo. Pe. Albert. pa. 195. nu. 37. vide quæ supra sunt notata in principio huius primæ principia.

24. lis quæsti. Secus tamen est quando acquiritur titulo lucratiuo acquirit in aliquo casu. ex quo non debetur laudemii: quia tūc potest sine consensu domini recipere possessionem per tex. constitu. Item ne super laudemio in ver. exceptat in las. & quāuis domini feudorū ad habendum ipsa laudemia sibi competentia ex titulo lucratiuis habeāt remediū emparæ realis, vt in vfa. si quis suū feud. & in dicta constitu. item ne super laudemio. & ita tenēt doct. practici

puta la. Marquel. in vfa. magnates fol. 92. co. j. in verbo sextus casus & lac. Calicius in eodem vfa. fo. 69. co. j. & in vfat. li quis suū feud. in diuersis locis tamen dominus direct⁹ rei emphyteuticariæ nō habet prædictum remediū emparæ realis: quia in re emphyteuticaria fieri non potest ita tenet Iaco. Marquel. in vfa. magnates in versu. incipiē. quaro iuxta præmissa an in re emphyteuticaria dicens ibi. q. hoc tenēt Ray mūdus de Moraria & Bernardus de gualbis vicecā. domini R. Ferdinandi contra opinionem sperantis in deo cardona istā quæstionē latissimē disputat Io. de Succarra. in commemo. Pet. Albert. ca. eodem in quæstione incipien. iuxta quod quaro an in re emphyteuticaria nu. 25. pa. 116. vbi dicit, q. de veritate practica hodie currentis in re emphyteuticaria non sit emparæ realis & finaliter concordat opiniones doctorum practitorū vide ibi per te & in additione ibi per eum posita dicit sic fuisse iudicatum in regia audientia in causa quæ ducta fuit inter nobilem Galcerandū de Requeleus Gubernatorē & Io. de Relato q. in re emphyteuticaria non habet locū emparæ realis. Sed habet dominus directus rei emphyteuticariæ remediū assignandi

25. iudicē ipsi emphyteute i corā quo iudice per ipsum dominū assignato ipse dominus poterit petere laudemium libi competentens ex illo titulo lucratiuo, & etiam poterit petere emphyteutam condemnari in dicta pœna dictorū quingentorū aureorū & coram iudice ordinario poterit procedere per querelam pacis, et treuge violatarum. Et q. dominus possit assignare iudicē suo emphyteute & corā eo petere prædictum laudemium & alia iura dominicalia hoc abundē est probatum in libro quem stylū capi breuiandi appellauit in versu. Si verō vult procedere per viam assignationis iudicis fo. 6. in ij. pa. & in versu. verū quia alī quando cōtingit fo. 8. in ij. pa. videtur ibi & practicos doctores in vfa. omnes homines primo & lignanter Iac. de Monteludai. & Io. de Succar. in cōmemo. P. Albert. c. eo. vbi dicit q. si emphyteuta forefecerit in re emphyteuticaria pōt querelari pro pacibus & treuga fractis, & sic est prouisum hodie ad vtilitatē dominorū allodialiū contra emphyteutas. & non per modū emparæ realis prout faciunt quidā domini

ex ignorantia et contra ius nostrum in maiori parte ducatus Cardonæ, in quo loco tenetur opinio domini sperantis in deo Condona. Et præmissa, quæ dicta sunt circa puniendos illos, qui inirant realem possessionem sine consensu domini quo ad omnes partes Cataloniae sunt vera, nisi in ciuitate Barcino, et nisi in aliis ciuitatibus viliis, & locis vbi per propria iura seu statuta scripta est aliter statutum: nam in ipsa ciuitate Barcino, per iura particularia eiusdem ciuitatis aliter est statutum videlicet quia ibi non habent locum omnes dictæ pœnæ. Quoniam dominus R. Pet. ij. tertio idus Ianuarij ann. domini M. cclxxxvij. dedit & concessit ciuibus, et habitatorib. Barc. priuilegium vulgo dictum recognouerunt proceres. in quo sunt inter cetera duo capitula scilicet 27. & 28. quorum tenores sunt huiusmodi, itē, q̄ ille, qui cessat in solutio-

26 ne censuræ per quotcunq; annos cessauerit q̄ condemnetur in duplo & non cadit in commissum. item q̄ ille qui vendit vel dat in emphyteusim aliquam rem sibi datā in emphyteusim sine consensu & requisitione domini præstat duplex laudemium & non cadit à re. & credo super intelligentia primæ localis supra insertæ q̄ census non sunt duplicandi in rebus ecclesiæ in primo & secundo annis cessatis, sed in tertio anno & ceteris annis ab inde cessatis & in rebus laicalibus siue priuatorum nisi in tertio anno, et ceteris annis ipsius cessationis: quia cessatio solutionis pro vno anno in rebus ecclesiæ, & pro duobus annis in laicis est de iure cōmuni non punitur nisi ultra cessarent & sic frustra esset per dictum priuilegium precibus imploratur quod de iure erat concessum l. vnica. C. de thesauris lib. x. l. Imperatores. ff. de priuilegio creditorū, nisi forte responderetur q̄ ea ratione fuit sublatū commissum ob non solutionē

27 vt cessantes punirentur per singulos annos per quos cessauerint & ita est litera primæ localis, quæ quia statutū est iudaicè intelligenda est. Aduerto etiā super intellectu alterius localis supra insertæ q̄ per eā duo statuuntur vnū, scilicet, commissi

28 sublatio & aliud duplicati laudemij pœna infligenda illis, qui sine consensu & requisitione domini vendunt rem, quam pro alto tenent per quod etiā priuilegiū probatur pœnam commissi siue caducitatis

esse sublatam multō ante concessionem dicti priuilegij vulgo dicti recognouerunt proceres. quod sic probō in dicto priuilegio in verbis narratiuis & in capitulo primo ponuntur illa verba antiquas esse consuetudines quas in ciuitate Barci. habuerunt proceres, & antiqui iuris periti ciuitatis eiusdem quæ quidem verba in singulis capitulis eiusdem priuilegij debent intelligi sicut in primo sunt posita Si ergo illo tunc in præfenti ciuitate Barci. erant antiquæ illæ consuetudines, & præsertim vltima supra inserta, quod res emphyteutica per venditionē seu aliam alienationē non caderet in commissum: ergo commissum non fuit sublatum per dictum priuilegium sed per vsaticos Barcino, qui erant iam tunc antiqui & forsan per legem Gothicam vt supra dictum est quæ erat antiquior, vt tenet Thomas Mieres in dicta constitutione, als scādols. quæ quidem lex Gothicā in hoc casu & quibusdam aliis vt supradictū est seruabatur in Catalonia et etiam hodie in dicto casu seruatur & quod dicta lex Gothica sit antiquior vsaticis Barcinonæ probatur in vsa. cum dominus Raymundus Berengarius vbi dicitur, quod ex eo vsatici facti fuerunt: quia lex Gothica non prouidebat in omnibus casibus. Postmodum verō pridie Calen. Nouembris anno domini M. cccx. per dominum Regem Iacob. ij. & Reuerendum Episcopum Valentinum inter clerum ex vna & ciues Barcinonæ ex altera partibus fuit lata quedam sententia arbitraris supra sapissime allegata in, & cum qua inter alia in ver. declarationes. fuit declaratum & statutū, quod ille, qui sine consensu & laudamento domini siue dominorum venderet aut stabiliret & traderet possessionem rerum venditarum aut datione in emphyteusim alienatarum puniretur pœna laudemij duplicati & de aliis pœnis supra expressis in. §. nullus Christianus. & in pragmatice quoniam diuine regnat, & in constitutione, als scandols. nihil fuit dictum & sic fuerunt sublatæ tali ratione, quia certū est de iure, quod compromissum dicitur esse quedā transactio, vt probatur in auth. si quando. C. de iudicijs. et Abb. Panor. in c. expolita. de arbitris. & Ias. May. idē tenet in l. transactio. nis. C. de transacionibus. maxime quādo partes compromittunt in arbitratorem, seu

seu arbitratores prout prædictæ partes fecerunt, vt in præfationibus eiusdem sententiæ probatur ibi perquisitimus multos modos: quia tunc potest arbitrator auferre de iure vnius & dare alteri sicut factum fuit in dicta sententiâ arbitrari. Si ergo cõ promittere est transgigere, & transgigere est contrahere saltem magis improprie, vt in l. cõtractus. C. de fide instrumentorum. & Rolandinus in tractatu notularum in rubrica quid sit contractus. in verbo magis improprie imò ipsum compromissum est contractus, vt tenet Pau. de castr. in consil. eccclix. libro secundo. in princ. & est verum nam ad hoc fit vt alter alteri obligetur ad obseruandum id quod in laudolue arbitratione continetur, vt in authen. vt differetes iudi. §. j. & per Bar. in l. si societate. §. arbitratorum. in quaestio. j. ff. pro socio & laudum ipsum arbitratorum est transactio, vt tenet Bald. in consilio. cccxlvij. libr. iij. & contractus ex partium conuentione iuri tamen non contraria legem accipiunt, vt in l. j. §. si conueniat. ff. de fuis. & legitimis. & cap. ij. extra eod. tit. & gloss. in dicto §. si conueniat. & Oldra. consil. cccxxiij. & in ca. contractus. extra de regu. iur. in vj. cum suis concordantijs, & ibi in dicta arbitrari sententiâ non continetur nisi poena laudemij duplicari: ergo per partes sic contrahentes, & transgigentes per homologationem sententiæ eiusdem arbitrari de communi & expresso partium consensu fuit recessum ab omnibus alijs poenis nisi ab ijs, que poste sunt in dicta arbitrari sententiâ cum præsertim quod possumus per pactum possimus etiam per sententiâ tenet Bald. in l. fina. in versicu. quid ergo per contractum. C. de edicto diui Hadria. toll. & per l. statuliberi à cæteris §. Quintus. ff. de statu liber. nec obstat dicta constitutio als scandols, quæ est posterior, & generalis toti principatui Cataloniae & comitatibus Rossilonis & Ceritanie & ex consequenti Barcelona per quam fuit induta poena duplicati laudemij, & alia poena, querelæ pacis & treugæ violatarum eam cõfirmando: quia per dictam constitutionem als scandols nõ fuit tacite, nec expresse legi particulari ciuitatis Barcelona derogatum: quia licet species derogat generi non tñ genus ¶ derogat speciei cap. dudum. de præben. in vj.

præterea prouiso generalis non refertur ad ea quibus specialiter prouisum reperitur. l. doli clausula. ff. de verbo. obligatio. Cum ergo in ciuitate Barcelona sit specialiter prouisum per dictam sententiâ arbitrari latam de consensu partium & nullo recursum suspensam: ergo ipsa generalis constitutio nõ habet locum in dicta ciuitate Barcelona. insuper generalis prouiso dictæ constitutionis als scandols nõ tollit specialia priuilegia, vt not. in l. decurio. C. de silentarijs. libro duodecimo. idẽ tenet Bald. in cap. ecclesia sancta Mariae, extra de constituto. & text. in ca. j. de cõstito. libro. vj. in fi. & est gloss. in l. de quibus. ff. de legi. in verbo de quibus casibus vbi dicitur, quod consuetudo particularis alicuius municipij derogat legi in eo municipio & tenet ibi lason May. nu. xix. vide quæ scripsi in tractatu styli capi breuiandante formam mortizationis. num. iij. Postremo ex generali concessione detractum esse censetur, quod alijs specialiter conceditur. l. vxorem. §. felicissimum. in fine. & ibi glo. ff. de lega. iij. Si ergo in ciuitate Barcelona est specialiter per iura specialia, & propria pactionalia. puiusum & per dictam constitutionem als scandols non est tacite vel expresse derogatum dictæ sententiæ ergo sequitur quod in dicta ciuitate Barcelona hortis, & vineto eiusdem nõ infligitur nec infligi potest recipientibus possessionem sine consensu domini

¶ Nisi poena laudemij duplicati tantum, quæ sola inducitur per eandem sententiâ cõfirmantem priuilegium recognouerunt proceres. in cap. xxviij. Et quod dicta sententiâ in aliquo non fuit derogata, nec correctâ per dictam constitutionem als scandols, licet sit lex generalior, & posterior, postquam expresse nõ fuit dictum, quod corrigetur. Nec obstat quod sit in corpore iuris clausa, cum specialis sit: quia tali non intelligitur derogari per consilium cõmunẽ illi contrariam: nisi de ea fiat specialis mentio, vt per gloss. & Ioan. Andream. in cap. primo. de rescriptis. glo. & Barto. in l. omnes populi. ff. de iustitia. & iur. & Philippus Franc. in cap. primo. de constituto. libro vj. numero. v. Ex quibus concludendum est, quod licet in tota Catalonia recipientes possessionem rerum emphyteuticarum sine consensu domini pos.

sint puniri poena quingentorum aureo-
 rum, & per processum pacis, & treuge
 violatarum tamen in ciuitate Barcinonæ
 hortis, & vineto eiusdem non debent pu-
 niri, nisi vnica poena, scilicet, laudemij du-
 plicati in casu venditionis: quia in casu do-
 nationis inter viuos vel in vltima volunta-
 te, vel legati aut institutionis seu fideicom-
 missi in eisdem ciuitate Barcinonæ hor-
 tis, & vineto eiusdem inter ciues, & habita-
 tores eiusdem nihil soluitur pro seu ratio-
 ne laudemij per primam localem dicti
 priuilegij recognouerunt proceres, & per
 dictam sententiam arbitralem ibi de ven-
 ditionibus, & alijs alienationibus, de qui-
 bus consuevit recipi laudemium quasi di-
 cens: quia non de omnibus, & in clausulis
 septimi & quinti ab ea sumptis. Per quæ
 iura bene infertur & in practica est verū
 quod in ciuitate Barcinonæ & eius hortis
 & vineto fiunt aliquæ alienationes ex qui-
 bus non debetur laudemium: & illæ alie-
 34 nationes sunt tituli lucratiui: † ex quibus
 per dictam primam localem nō debetur,
 nec soluitur laudemium: Secūs autem in-
 ter extraneas personas donantes seu insti-
 tuentes aut per fideicommissum, aut alium
 quemcumq; titulum lucratiuum alijs trās-
 uersalibus, & extraneis relinquentes ali-
 quas proprietates emphyteuticas exi-
 stentes in hortis & vineto eiusdem quæ
 sunt de allodio ecclesie: quia extranei ipsi
 per quos intelligo oēs illos, qui non sunt
 ciues, & habitatores Barcinonæ habētes
 in ipsis hortis, & vineto, honores, & cen-
 sualia de allodio ecclesie non compræhen-
 dentur in dicta sententia & propterea de-
 bent soluere, prout est statutum per con-
 suetudinem generalem Cataloniae supra
 insertā: qua cauetur, quod ex titulo lucra-
 tiuo pro laudemio soluitur medium lau-
 demium, & medium tertium, accipiendum
 laudemium propriè, & tertium in sua di-
 recta significatōe in allodijs ecclesie. Sed
 in allodijs laicalibus dicti extranei non te-
 nentur soluere, nisi duos solidos ex titulo
 oneroso, & vnum solidum ex titulo lucra-
 tiuo: quia dicti extranei compræhendun-
 tur in priuilegio Regis Petri supra inserto:
 quo cauetur, quod pro allodijs Regijs &
 secularium siue laicorum in ciuitate hor-
 tis, & vineto Barcinonæ existentibus pro
 laudemio non soluantur nisi duo solidi pro

qualibet libra per quod priuilegium in al-
 lodijs laicalibus exiſtentibus in ciuitate Bar-
 cinonæ hortis, & vineto eiusdem est cor-
 recta dicta antiqua generalis consuetudo
 35 supra inserta, † quo ad quantitatem soluē-
 dam non verò quo ad personas: nam quæ
 admodum forenses habentes prædia, ho-
 nores, & censualia emphyteuticaria in ipsis
 hortis, & vineto de allodio ecclesie ex ti-
 tulis lucratiuis tenentur soluere medium
 tertium & medium laudemium, eodē mo-
 do prædicti forenses habentes dicta præ-
 dia honores, & censualia emphyteuti-
 caria in ipsis hortis, & vineto de allodio
 36 laicali ex eisdem titulis † lucratiuis tenen-
 tur soluere, non medium tertium, & me-
 dium laudemium, sed medietatem laude-
 mij tantum & duntaxat, quæ medietas est
 vnus solidus pro qualibet libra: & sic non
 discordat in soluēdo: quia in quolibet allo-
 dio tenetur soluere: sed discordat in quā-
 titate soluendi. Sed in allodijs ecclesie sol-
 uunt quatuor solidos & quatuor dena-
 rios pro qualibet libra æstimationis rei. In
 allodijs verò laicalibus soluit vnū solidū
 tantum pro qualibet libra. Et quantuis di-
 ctum priuilegium Regis Petri secūdi cō-
 præhendat omnia allodia Regia, & laico-
 rum tamen in allodijs ecclesie fuit corre-
 ctum per sententiam arbitralem, sed allo-
 dia Regia & laicorum remanserunt sub il-
 la dispositione dicti priuilegij, scilicet, sub
 præstatione decimi. Hæc sunt menti te-
 nenda: quia nūquam ab aliquo vidi pon-
 derata.

37 ¶ Nunc restat videre ad hoc, vt † laude-
 mium duplicatum debeat propter re-
 ceptionem possessionis, & illius ingressum
 sine consensu & firma domini siue domi-
 norum, de qua possessione est intelligen-
 dum, an videlicet, de illa, quæ dicitur rea-
 lis, & actualis per actum corporeum, &
 realem traditionem an sufficiat ea, quæ di-
 citur ficta puta ea quæ datur seu accipitur
 per clausulam simplicis constituti aut per
 retentionem vsufructus an verò sufficiat
 vna vel altera disiunctim. Est certè ad hæc
 intelligenda est prius videndum de qua-
 dam alia quæstione, quæ est huiusmodi,
 videlicet, an de restitutione contractus facta
 per partes, re existente integra, debeat
 laudemium tertium, seu foriscapium, quæ
 restitutio contractus qualiter fieri debeat, an,
 scilicet,

scilicet per retrovenditionem an per ver-
 ba resolutiua: quia hæc quæstio tractatur
 communiter in l. prima. quando licet ab
 38 emptione. ff. de pactis. Et ibi Salic. & in l. ab
 emptione. ff. de pactis. Etam omittit hic di-
 sputare resolutiue: dico tamen, quod do-
 ctiores tenent, quod melius est, quod fiat
 per verba resolutiua, scilicet dono, absol-
 uo, diffinio &c. quam per pactum retro si-
 milem quod notarij Barcino. minus cre-
 dunt. Quia quæstione prius declarata, alia,
 scilicet, prima proposita quæstio radicatus
 intelligitur. Et ad declarationem primæ
 quæstionis pono sic casum. Plerumq; em
 contingit, quod emphyteuta meus sine cõ-
 sensu meo celebravit contractum vendi-
 tionis rei emphyteuticariæ, quam pro me
 & sub dominio & allodio meo tenet cum
 quodã alio: deinde verò statim, aut ex in-
 teruallo, re adhuc existente integra, prædi-
 cti contrahentes communi consensu resi-
 luerunt iuxta. l. ab emptione. ff. de pac. & l.
 prima. & ij. C. quando licet ab emptione
 discedere. & l. sed Celsus. §. conditio. ff. de
 contrahenda emptione. dicitur nunc an
 39 dominus directus possit petere, et habere
 laudemium tertium, seu foriscapium ¶ ex
 dicta venditione resoluta an non: Ista que-
 stio à pluribus fuit tractata, & varix fuerunt
 opinioniones doctorum, & in primis addu-
 co nostrum præcticum Iacob. Marquel.
 in v. sa. qui viderit. fo. cxxvj. col. ij. vbi lati⁹
 arguit ad vtrancq; partem, & tandem con-
 cludens dicit, quod dominus debet habe-
 re laudemium tertium seu foriscapium, et
 in hoc secutus fuit Guilielmus de Valle-
 sicca in eodẽ v. sa. qui viderit, in quo prius
 dictam quæstionem mouens idem tenuit
 videatis eos loco supra allegato. Per istam
 opinionem Marquel. potest improbari a-
 lia opinio dicti Iac. Marquel. quam tenet
 in v. sa. si quis suum feud. fo. cix. in quæstio-
 ne. vij. vbi tenet & dicit, quod propter ca-
 40 lamum ¶ debet solui laudemium hic in re-
 sultione non est calamus, & secundum eũ
 debetur laudemium: ergo non datur sim-
 pliciter laudemium propter calamum &
 sic infra declaratur, quod laudemium non
 debetur propter calamum. Istam eandem
 quæstionem posuit Thom. Mieres in cõ-
 stitutione Regis Petri. ij. cap. ij. item ne
 super laudemio curiæ Ceruatiæ vbi vide-
 tur tenere opinionem prædictorum Mar-

quel. & de Valle sicca, videlicet, quod pro-
 41 pter calamum debeatur laudemium ¶ ta-
 men ipse nõ clarè se determinat, quod de-
 beatur laudemium in resiltione, & allegat
 Petrum Eliæ idem tenentem: & ita etiam
 tenet Ange. in l. iurisdictionum. §. adeo. ff. de
 pact. vbi dicit, quod contrahentes nõ pos-
 sunt recedere à contractu in præiudiciũ fi-
 sci, cui debetur gabella argumen. l. in insu-
 lam. §. fina. & in l. si mulier diuerterit. ff. so-
 luto matrimo. adde notata per Bald. post
 Guilielmum de Cug. in l. ab emptione. ff.
 de pact. & per Angel. & Imo. in l. acta. ff.
 de re iudicata. & per Ange. in §. quia verò.
 in authen. de nuptijs. coll. iij. & per eundẽ
 Angel. in l. petens. circa. ij. col. C. de pact.
 & per Cynum & Bal. in dicta. l. si mulier
 diuerterit. Contrariũ, & bene tenet Ioã. de
 Succarra. in commemo. Petri Alber. cap.
 eodem, & in cap. cautum, in quæstione in-
 cipient. Sed quid si res feudalis. pag. cece
 liij. nume. xxxvij. vbi recitatis per eũ ver-
 bis dicti Guilielmi de Valle sicca, sic dicit,
 quod aut vasallus seu emphyteuta procef-
 sit ad actum facti, seu traditionis, aut non
 sed stat venditio in nudis finibus verborũ.
 42 Et nota, quod nudum ¶ appellatur in no-
 stro proposito omne quod non habet rei
 traditionem annexam id est, quod non ha-
 bet rei traditionem annexam, licet sit vesti-
 tum, ita tenet gl. in l. traditiõibus. C. de pa-
 ctis. & in l. prima. ff. de pigno. actio. primo
 casu, quando fuit processum ad actum fa-
 cti et traditionis, tunc debetur simplex lau-
 demium, si postea discedatur à venditione
 & de hoc est text. in libro feudorum in ca.
 Præterea si vasallus in rubrica. quid iuris si
 post alienationẽ vasallus recuperet, & hoc
 videtur velle dicere dictus Guilielmus de
 Valle sicca. in principio quæstio. ibi re iam
 tradita. Secundo casu nullum laudemium
 debetur etiam quod nõ statim, sed per in-
 teruallũ temporis recessum sit à dicta ven-
 43 ditione ea ratione, quia ¶ non dicitur alie-
 nasse postquam ad traditionem non deue-
 nit, vt notat Pet. Iacobi in libello de actio-
 ne in rem pro re emphyteu. quæ cecidit in
 commissum & Specu. titu. de loca. §. nunc
 aliqua. ver. xcv. & Bart. in l. ij. C. de rescin-
 venditione & Ludouicus Roma. in l. se-
 quitur. §. item Labeo. ff. de v. sa. & idẽ
 sibi contrarius tenet Bald. in capit. primo.
 §. libellario. quibus modis feudũ amittat.
 & latius

& latius in l. imperiali. de prohibita feudali alienatio. per Federic. ubi sic distinguit si simpliciter vasallus obligat feudum, aut procedit ad actum facti seu traditionis, aut stat in finibus verborum. primo casu cadit à feudo: secundo casu non: quia iniuria non habuit effectum, imò, vt est tex. in commemo. Petri Alberic. cap. xlv. si aliquis habet hominē siue vasallum casu quo vasallus alienaret sine consensu domini & traderet adhuc ille feudatarius est feudatarius siue vasallus domini, & dominus potest cogere illum vasallum, quòd recuperet feudum. Et non est mirum, quia (vt dicit Bal.) in l. si ancillam. C. de act. empti. venditor ante traditionē est dominus pleno iure & dicit esse menti tenendum & in l. si pater. eod. titu. dicit, quòd emptor, nō tradita sibi re, nō efficitur dominus, etiam si gerat se pro domino soluendo tributa, vel collectas pro re: quia dominum traditione acquiritur, vt in l. traditionibus. C. de pact. & idem Bald. & Paul. de cast. & Barto. in l. j. C. communi diuisione. dicit, quòd iudicium diuisorium sequitur rem ipsam, cum sit mixta in rem, & in personā vnde debet proponi cōtra venditorem inuenientes, & tenentes, quòd dominū ante traditionem est penes venditorē. & idē tenet las. in l. quoties. C. de rei vēdicatione, nume. iij. & idem Baldus. in l. diuisionis placitum. ff. de pact. dicit, quòd dominū

44 ¶ Non perditur solo consensu, nisi interueniat contractus traditione domini subnixo Præterea quòd in dicto casu resiliōis nō debeat laudemium, tenet Felyn. in cap. quæ in ecclesiarum. extra de constitutio. dicens ibi, quòd quantus feudatarius alienet postq̄ non deuenit ad traditionem, quòd tunc dominus non potest eum priuare sō eius ius nondū sit læsum idem tenet Salyc. in l. fin. C. de iure emphyteuti. in questione. incipiē. quæro ab extra. ubi allegat plures doctores. adde notata per la. Mo. Mayn. in l. fin. C. de iure emphyteu. numero. 56. & per eūdem in lab. emptio. ff. de pact. & ibi Albericus de Rosate post Guilielm. de Cug. & per eundem las. in dicta. l. fin. nume. 132. ubi dicit, q̄ ex venditione & traditione debetur laudemium, & non ex solo titulo sine traditiōe & Abbas Panormit. in. c. potuit. extra de loca. super glo. potuisset. ubi dicit, quòd

ex sola venditione non videtur emphyteuta incidere in pœnam, sed demum secuta traditione & in hoc ibi relidet. Hoc idem tenet Bald. in cons. cccxlvij. lib. iij. & lac. Marquel. in vñ. si quis suum feudum in quinta questione. fo. 109. dicit, quòd quando emphyteuta vendit sine consensu domini, & tradit ¶ possessionem punitur pœna duplicati laudemij quasi videat̄ inuenire, quòd si non tradit nullam pœnam incurrit. & ibidē dicit, quòd si emptor adeptus fuerit possessionē sine consensu domini duplex domino soluitur laudemij: & idem Iaco. Marquel. in vñ. iudicia curia. fo. 135. col. iij. tenet hanc eandem opinionē Guido Papa. in quæst. cj. Et respōdendo ad ea, quæ dicunt Marquel. & Ange. & alij supra citati dicentes, quòd partes non possunt recedere à contractū in præiudicium fisci, cui debetur gabella, dicite, quòd aliud est in gabella, quæ debetur ex celebratione cōtractus, & iudicia est in laudemio quod debetur ratione alienationis rei emphyteuticaria: & tunc cum perfecta est alienatio per realem traditionem. vt supra dictum fuit in quarto præiudicio vel melius secundum Ioan. de Succarra. in commemo. Pet. Albert. cap. cautum. pag. 546. nume. 8. dicens quòd gabella est accidens, & laudemij venit ex qualitate, & natura rei: & tunc dicimus quòd propter calamum petitur laudemium, & non dicimus, debetur: quia à traditiōe incipit deberi, & per calamū exigitur. Sed, quid si possessio sit tradita per clausulam simplicis constituti, aut per retentionem vsufructus: Certē tunc videtur dicendum, quòd ex tali traditione debeat̄ laudemij:

46 quia nō potest negari, quòd propter ¶ retentionem vsufructus factam in alienatione, aut per clausulam simplicis constituti non tradatur vera possessio, & dominium vile, vt in l. certē. §. j. & §. Iulianus ait. ff. de precario. & in l. ab emptio. ff. de pact. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendicatione. & ff. de acquirenda possessi. l. quod meo nomine. & in l. interdum. & extra de restit. spolia. capit. cum venissent. & quod ibi notat dominus Innocen. & in multis alijs similibus. Nam si fictio est in re certa contraria veritati pro veritate assumptio, vt dicit Bald. in l. siue possidetis. vers. vterius quæro. C. de probationibus. & Salycet. in rubri.

rubri. de probatōibus. ff. & habet effectū
 veritatis, vt dicit dñs Cardinalis in clemē.
 quocirca quæstione. xxj. de electiōe sic
 igitur patet: quod si facta traditio idem ope
 ratur, quod vera, & realis. cū ergo domi-
 47 nium per factam traditionem transfera-
 tur, sicut per veram, & hoc sit verū, nā nos
 videm⁹ in materia. l. quoties duabus. C. de
 rei vendicatiōe, vel clausulam simplicis consti-
 tuti vel per retentionem vsusfructus eos-
 dem producit effectus, quo ad acquisitiō-
 nem domini sicut vera, & realis traditio,
 quæ sit per realem immisionem in posses-
 sionem ita enim dicit gloss. approbata per
 Barto. & doctores in l. ab emptiōe. ff. de
 pact. & Ioānes Andreas in additio. ad spe-
 cularo. in tit. de emptiōe & venditio. in §.
 j. versicu. not. q̄ si fiet ita quod si quis pri-
 mō vendat vni, & constituat se posside-
 re nomine emptoris precario nomine, &
 postea iteratō vendat alij, & secundo em-
 ptori tradat realiter, quod prior emptor
 est potior per dictam l. quod meo nomi-
 ne. & illa iura supra allegata: quia prius
 fuit acquisitum ei vsus dominium & vult
 rei vendicatio, quæ preferēda est directe.
 48 Cū ergo T per dictam factam traditiōē
 sit quæsitum vtile dominium, & venditor
 sit liberatus per dictam factam traditiōē,
 & fecit quod in se fuit: ergo debetur domi-
 no laudemium ex facta facta traditiōe etiā
 secundum nostra iura duplicatū. Et quod
 debeatur tenet Iacobin. de sancti. Georgio
 in suo tractatu feudorū in verbo cū pa-
 cto, & dominus Zazius in suo tractatu
 feudorum. in x. parte. de feudis amissione,
 & Pau. de cast. in l. prima. §. si rem. ff. depo-
 siti & Martinus Lauden. in cap. prater ea,
 quid iuris si vasallus &c. dicentes, q̄ vasal-
 lus fecit quantum potuit ad effectum alie-
 nandi. Sed licet videantur fortius adstrin-
 gere, tamen adhuc est dicendum, quod ex
 tali traditiōe facta non debetur laudemium:
 49 quia licet clausula T rāslatiue dñij, & pos-
 sessionis sint veri modi tradendi dominij,
 & possessionem in bonis allodialibus, &
 franchis nulli domino subiectis tamen in
 rebus feudalibus & emphyteuticis in
 quibus alium dominum recognoscimus
 sine domini consensu & voluntate aliena-
 tis dictæ clausulæ nihil operantur ita tenet
 Guido papæ in suis decisionibus in quæ-

stione xlvj. & quæstio. cxij. & Guilielmus
 Benedictus in repetitione ca. Raynutius.
 extra de testamentis. in verbo & vxorem
 nomine Adelasiam. nume. 6. & cauetur in
 l. fin. C. de iure emphyteutico. & in cōme-
 mo. Petri Alberti. ca. xlv. si algu ha hom,
 o vasal. supra allegatis: in quib. iuribus sta-
 tutur ad solum dominum pertinere nouū
 vasallum, vel emphyteutam inuestire, &
 eum in possessionem mittere, & eum do-
 minium velle facere: quod hodie fit per
 adhibitionem consensum: & ita tenet Gui-
 do Papa in dicta quæstio. cxij. ita quod si
 concurrant duo quilibet feudum, vel em-
 phyteutis fuit vendita, si dominus direct⁹
 50 secundum emptorem T inuestierit, quod
 hodie fit per dictam consensum adhibitiō-
 nem, ille in dño, & possessio potior erit
 primo emptore, cui fortē per venditorem
 fuerat tradita possessio sine domini cōsen-
 su: & ita tenet Bald. in cap. si facta si de feu-
 do fuerit cōtrouersa. & clariss. dominus
 Salyce. in l. fin. C. de iure emphyteu. & Pe-
 trus Iaco. titu. de actio. in rem pro re, quæ
 cecit. in commissum. versu. item. colligiunt.
 vide Guido. Papæ quæstio. xlvj. et quæstio.
 cxij. & Bartho. Cepo. in tractatu cautela-
 rum aduocatorū cautela incipiē. dominus
 inuestiuit aliquem de feudo. & Iacob. de
 Vellelic. in vfa. si quis suum feudū. fol. 86.
 colum. iij. & Calic. in vfa. supra proximē
 allegato. fo. 89. co. iij. & Iacob. Marquel.
 eo. vfa. fo. 106. col. j. & propterea prouet-
 tent Guillel. de cugn. Raymundus Forli-
 uensis Alberic. Bald. & Ange. in l. Impe-
 rator. ff. de pact. Boerius in cōsuetudines
 Biturigū. tit. de consuet. retractus: quod
 in loco vbi esset per consuetudinem, aut
 statutū ius retractus ipsi dictū parenti, aut
 alio proximiori. ad pretiū emptori offerē-
 dū, & rem venditā retrahendū non curre-
 ret à tēpore factæ venditiōis, sed à tēpore
 laudatiōis & inuestituræ à domino dire-
 cto obtente: cū antea nō dicatur perfecta
 venditio, quo ad hunc effectum retrahen-
 di, cū dominus preferatur consanguin-
 eo, & etiam quia venditor nihil potest si-
 ne domino, vt in dicta. l. fin. C. de iure em-
 phyteut. sic dicit Aluaro. capit. Titius. in
 princi. §. fina. xxj. conclusio. titu. quæ fuit
 prima causa benefic. amittent. quod domi-
 nus preferatur agnatis, si feudum est nouū
 & ita tenent communiter scribētes: secus
 est vt

est vt dicit in feudis antiquis in quibus agnati preferuntur dominis, vt in cap. j. de aliena. feudi per Federic. & quod dictum
 51 Test supra dominum preferri proximiori, hoc ita intellige, si consuetudo non transi ad speciē, ac si diceret, quod proximior agnatus concurrens cum domino preferatur ei ita tenet Ioan. Fab. institut. de emptio. in principio, & Boerius in dictis constitutio. cap. de consuetu. retractus. §. v. & in feudis est casus expressus. in cap. j. §. porro qualiter olim feudum aliena. poterat. & ibi Bald. & Cardinalis Alexā. & sic non est mirum, si in ecclesiis non transeat dominium ex solo titulo in ijs rebus feudali- bus & emphyteuticarijs ante inuestiturā suae traditionem: quia in his rebus nihil operatur priuilegium ecclesiae & ciuitatis, vt tales res ipso iure ex solo titulo in ecclesiam, vel ciuitatem transferantur per l. fin. C. de sacro sancti. ecclesijs, quae quidem. l. fin. locum habet, vbi venditor, vel dans habet plenam rei dispositionem, vt quia res est alio dialis à dominio alterius non dependens. Sed si res sunt feudales, vel emphyteuticarum dependentes à dominio alterius, siue consensu illius, de cuius dominio sunt, & dependent transferri non possunt. Ex
 52 quibus concludendum est quod postquam non fuit tradita possessio, quod adhucres est integra quo ad hunc effectum & quod per ipsas partes potest discedi à contractu absque metu soluendi laudemium etiam si instrumentum fuerit inserta clausula nomine precario vel simplicis constituti aut retentio- nis usufructus: quia istae fictae traditiones non operantur, quod partes non possint solo consensu discedere à contractu. Sola enim executio facti producit hunc effectum, quod per partes non possint recedi à con-
 53 tractu solo consensu imò, quando executio facti interuenit in contractu, tunc necessarius est actus retrò similis si partes recedere volunt, & ita tenet Bal. in l. necessario. ff. de pericul. & commod. rei venditae. Et esto, quod sit vera illa opinio, quod per clausula simplicis constituti aut per retentionem usufructus verè dominium vtile transferatur etiam in rebus feudali- bus,
 54 & emphyteuticarijs non tamen committitur poena caducitatis seu poena duplicati laudemij eius loco subrogata, & credo istud esse verissimum quod laudemium

non debeatur ex ficta traditione: quia in penis & criminibus puniendis requiruntur probatioes luce clariores, vt in l. sciāt. C. de probationibus. & in l. qui sententiam laturus. C. de penis. si luce clariores ergo non habent locum fictiones: & ita videmus, quod per fictas contumacias non debet aliquis excommunicari tenet Ioannes Andreas. in cap. secundo. de constitutio. & Ange. in l. prima. §. biduum. ff. quando appellandū licet per dominos de Rota de ciso. cccclxx. & ita intelligitur in capitulo si non sunt. distinctio. secunda & ad hoc est bonus text. in l. ea, quae. C. quomodo et quando iudex: vbi Bartolus declarat, quae dicatur vera contumacia, & quae ficta: & hoc etiam examinat gloss. in l. fin. de in integrum restitutione. & in l. ex consensu. §. fina. de appellationibus. & Specula. in secunda parte. §. primo. de contumacia. imò videmus, quod in iure est verū, quod compensatio non allegata non fit sed quando
 55 agitur de poena commissi seu de poena duplicati laudemij eius loco subrogata ad euitandam poenam ipsam ipso iure inducitur compensatio vt poena euitatur argum. C. de compensatio. l. etiam. alias regulariter non fit compensatio ipso iure videatis Guido. Papae. quaestione. clxxj. vbi haec latius & multo latius per Ias. May. in l. ij. C. de iure emphyteutico. no. 66. in quaestione xix. vbi hoc plene probat & magis late in l. prima. C. qui admitti ad honorū possessione possunt vbi enumerat omnes doctores hoc tenentes. Et dicit Bald. quod vbi adeo stricta in delictis, & poenalibus procedimus, quod si per statutum ex delicto quis sit condemnatus ad mortem, quod si nihil dicitur de bonis ipsa bona non applicantur, faciunt quae habentur per eundem Baldum in l. prima. C. de haeredi. institutio. Ego certe istud dicerem, quod in dubio debemus capere partem magis tutā, etiam si illa videatur durior, vt notat gloss. in capitulo vnico. de solutionibus. & tex. ibi in clementina xxiij. de paradiso. de verborū significationibus. facit quod legitur, & notatur in capitulo significasti. & in capitulo ad audientiam. extra de homici. cum multis similibus. Quare cum ex restitutione, quae fit, re existente integra, recipere laudemium posset esse iniuriam & iniustum. Ideo compensatio, vt ex dicta restitutione laudemium non recipi-

recipiatur. Et sic actis præmissis, redeo ad meam principalem questionem, scilicet, de qua possessione est intelligendum, quod debeatur laudemium duplicatum, 56 & dico quod ex prædictis satis potest intelligi, quod ex ea possessione debetur laudemium duplicatum, quæ traditur per actum corporeum, & veram pedum positionem, & non de ficta pro clausula nomine precario, seu simpliciter constituti aut retentionem usufructus: quæ quidem ficta traditio siue abusiva secundum veram opinionem in rebus feudalibus, & emphyteuticariis nihil operatur saltem non operatur poenam commissi seu duplicati laudemij: quæ eius loco successit. Et quod hoc sit verum, quod de reali, & actuali possessione sit intelligendum adduco doctores practicos infra scriptos, & in primis hoc tenet Iac. Cal. in vsa. si quis suum feudum. folio 89. columna iij. & in eod. vsa. folio 90. columna iij. in tertia opposi-
 57 tione: vbi dicit, quod ipsa traditio est prohibita, sed non titulus. & idem Calicius in eodem vsa. folio 92. eolum. vbi dicit, quod quantumvis donatio feudi sit permessa, non tamen est permessa ipsa traditio, & idem tenet Iacob. de Monte iudai. eodem vsa. folio 85. columna tertia, in verbo dederit, & Calicius. in vsa. si quis suum feudum. folio 89. columna iij. dicit, quod præ laudemium non debetur, nisi res de factio tradatur. hoc idem tenet Iacob. Marquel. in sua Margarita Iacobina. cap. item concedimus, capitulo, quod aliquis non vendat circa finem. & Bertrandus de Sena in dicto vsa. si quis suum feudum in verbo plus est sciendum: vbi dicit, quod si res feudalis vendatur, alienetur, vel obligetur, dumtamen eius possessio absque domini consensu non tradatur, non committitur cum ad hoc, vt committatur res alienata feudalis exigat traditionem, cum aliud sit vendere, aliud alienare, & aliud tradere, vt probatur in l. rem alienam. ff. de contrahenda emptio. iuncta l. prima. C. de fundo dota. & in l. i. ex stipulato. § primo. ff. de acquirenda possessio. idem tenet Dominicus Bofill legum doctor civis Barci. in suis decisionibus aliquorum dubiorum in materia feudorum directis

episcopo Gerundem. in secundo dubio dicens, quod hoc iure vtimur, & Thom. Mieres in constitutio. als scandols. folio 110. colum. ij. vbi expresse dicit, quod intelligi debet de possessione corporali, hoc est, facti corpore, & non de civili, quæ confertur ex sola constitutione precarii vel sola voluntate sine actu corporeo. Nam iste terminus possessio potius in constitutio. als scandols. factum denotat, & non ius: vt in l. prima. § siue decretalis. ff. de acquiren. possessio. & ita tenet dictus Thom. Mieres in dicta constitutione. fol. 110. columna quarta, eodem modo tradere significat perfectam alienationem, aut capitur pro inductione in possessionem, ita tenet specula. in titulo, de empt. & vendi. § primo. verlicu. tradere, & idem in eadem constituit. folio 110. columna secunda, expresse dicit ipse Mieres pone aliquis ex conducto vel aliter de voluntate domini vtilis vendidit domum ipsi conductori cum clausula precarii, & ipso facto videtur tradita possessio ipsi olim conductori nunquid habet locum quod dicitur in dicta constitutio. poena duplicati laudemij, credit, quod non: quod ego intelligo sic, scilicet, nisi committatur fraus, quæ posset committi hæc modo, videlicet, quia cum haberet animum vendendi prius fecerunt contractum logerij, & hoc est prohibitum per text. in l. Imperialem. de prohibita feudi alienatione per Federic. in § callidis insuper. vbi omnis fraus vitatur, & quodlibet aliud figmentum. Ita tenet idem Mieres in eadem constitutio folio 110. columna quarta, videlicet, quod si fiat fraus habet locum poena constitui. qua imponitur poena duplicati laudemij. Et ex præmissis collige quod
 59 ex ficta traditione, præ non committitur poena duplicati laudemij, nec debetur aliud quod laudemium, nec minus ex resilitio-
 ne. Et nota hic, quod Andraas de Ileria in libro feudorum. in titulo, de prohibita feudi aliena. per Lotha. & in l. imperialem. in §. facit commentum. dicit quod quod ad hunc articulum de caducitate feudi dicimus contractum, & rem esse integram quantumvis vassallus vendiderit, vel alienaverit, & pretium receperit postquam non

tradidit seu transfudit suum ius scilicet, do-
 minū vile ubi etiam dicit, quod conatus
 nō nocet postquā non sequitur effectus,
 & propterea dicit Iason Maynus in lege
 finali. C. de iure emphyteutico. numero
 138. quod ex contractu nullo non debet
 tur laudemium, & merito, quia contra-
 ctus nullus non dicitur contractus Fran-
 ciscus Curtius, consilio octauo, & noster
 practicus Thomas Mieres in constitutio.
 Item ne super laudemio. folio 164. colum-
 na quarta, & in dicta lege finali. Sed hic
 potest quari de alia questione videlicet,
 si emphyteuta obtulit domino directo, &
 allodiali instrumenta alienationis, vt in eis
 firmaret ratione dominij, & suum consen-
 sum prestaret, & ipse dominus per spa-
 tium triginta dierum distulerit firmare ea
 penes se retinendo, imō intra dictos tri-
 ginta dies non firmavit, an propter hoc
 debeat perdere laudemium? Istam qua-
 sitionem mouet Calicius & dicit, quod
 dominus potest purgare moram suam, vt
 in lege finali. C. de iure emphyteutico. &
 habere quinquagesimam, id est, laude-
 mium: & hoc est verum in allodiis eccle-
 siae per capitulū, poruit. extra de locat. Et
 credo idem esse dicendum in allodiis lai-
 corum per ea, quae dicit Iason Maynus in
 dicta lege finali. C. de iure emphyteutico.
 numero 25. & idem in eadem lege, vltimo
 notabili. ante expositionem glos. magna,
 numero 53. quem videas. vide etiam in di-
 cta lege tertia, & in dicto capitulo, po-
 tuit. & ibi Abbatem Panormita. & facit
 I. & si post tres. cum ibi notatis per Bar-
 tol. Baldum, & Paulum de Castro, Ale-
 xand. & Iasonē. ff. si quis cautionibus. &
 I. magnam. C. de contrahenda & commit-
 tenda stipulatio. & latius per scribentes in
 lege, insulam. ff. de verborum obligatio.
 & Boerium in rubr. de retinendo res feu-
 dales in cōstituto. Biturigum §. secundo.

60 Sed quæro, a quo debet peti laudemium
 duplicatum a venditore, an ab emptore,
 & quis eorum est obligatus ad illud solu-
 uendum? responde, quod ab acquireto-
 re: quia ille tenetur soluere laudemium
 cum laudemium sit onus reale prout su-
 pra est probatum in prima cellula. ideo se-
 quitur fundi possessorem eō praesertim,

quia de iure: vt supra est probatum in
 præiudis in §. præmitto. vltimo loco lau-
 demij solutio, tam de iure ciuili, quam
 municipalis, cedit acquirenti præterquam
 in ciuitate Barcinonæ suburbis proximis
 & in hortis, & vineo eiusdem in quibus
 per propria iura, & statuta ipsius ciuitatis
 est aliter statutum, scilicet, quod soluat
 venditor. idem tenet Thomas Mieres. in
 constitutio. Regis Petri tertij, capitulo
 tertio. Item ne super laudemio. folio 164.
 columna quarta, & Gulielmus de Val-
 lesic. in vsa. qui viderit. folio 101. numero
 secundo, & Iacobus Marquel. in eodem
 vsa. folio 126. columna tertia, & ita dispo-
 nitur in dicta constitutio. Regis Petri ter-
 tij, capitulo tertio, item ne super laude-
 mio. Sed ijs non obstantibus ego credo,
 61 quod hoc casu ¶ est speciale quod domi-
 nus potest petere, & habere laudemium a
 quocunque voluerit, videlicet, vel a ven-
 ditore, vel ab emptore, & de hoc est tex-
 tus in vsatic. si quis suum feudum. vbi di-
 citur, quod dominus potest petere serui-
 tium ipsius feudi, cum voluerit tam a do-
 natore, quam ab acceptatore, & faciunt
 ea, quae in principio octauae cellulae po-
 nuntur, vbi dixi, quod qua poena puni-
 tur venditor prohibitus alienare rem pro-
 hibitam, eadem etiam puniunt emptor per
 iura ibi allegata. Et propterea cautus ad-
 uocatus in libello debet petere ab vtro
 coniunctim vel diuisim, vt postea secuta
 condemnatione, dominus possit facere
 executionem contra illum qui erit con-
 demnatus, & si ambo sunt condemnati
 contra illum qui melius est soluendo. Sed
 quæro hic de quadam quotidiana qua-
 sitione, ponamus, quod aliqua res tenea-
 tur sub directo, & allodiali dominio alleu-
 ius beneficij, seu monasterij, quae aliena-
 tur hodie, quo tempore Petrus obtinet
 dictum beneficiū vel quo tempore est
 arrendator censuum monasterij cum per-
 ceptione laudemiorum, postea tempore
 quo ipsa res alienata traditur per vendi-
 torem emptori est beneficiatus, seu ar-
 rendator Franciscus dubitatur, & qua-
 ritur cui istorum debeatur laudemium,
 an Petro, qui erat beneficiatus siue ar-
 rendator tempore, quo contractus alie-
 nationis

tionis fuit celebratus per contrahentes, an Francisco beneficiato siue arrendato-
 ri tempore, quo instrumenta sunt præ-
 sentata, & fuerunt firmata per dominum
 directum ratione dominij? Et videtur di-
 cendum, quod debentur Francisco. Nam
 62 (vt vulgò dicitur) propter T calamum de-
 betur laudemium, & ita tenet Iacob. Mar-
 quel. in vsat. li. quis suum feudum. fo. 109.
 colum. tertia. tenet etiam Mieres in consti-
 tutio. Item, ne super laudemio. idē Mie-
 res in constitutio. als scandols. folio. 110. co-
 lum. quarta. & in tantum dicit ipse Iacob.
 Marquel. hoc verum esse in dicto vsatic.
 quod si emphyteuta soluat laudemium,
 & habeat à domino directo de ipsa solu-
 tione apocham specialem, vel fortè gene-
 ralem de omnibus debitis vsque in diem
 apochæ, attamen instrumenta ante iam fa-
 cta sunt, sed dominus morte præuentus
 non firmavit illa, & nunc veniat nouus suc-
 cessor domini prædicti qui reperit instru-
 menta non firmata propter quod ipsum
 laudemium petat veritè in dubium, an
 nouus successor bene dicat? Et dicit,
 quod sic per legem vltimā. C. de iure em-
 phyteuti. & subdens rationem, dicit, quia
 prætextu calamij firmæ & subscriptionis à
 domino factæ. in ipso instrumento dictū
 laudemium habet ipse dominus & pro
 ista parte fortiter stringit lex, si vsufri-
 ctuarius. ff. quibus modis vsusfructus a-
 mitt. His tamen T non obstantibus, con-
 trarium puto verum, scilicet, quod nō de-
 beatur ipsi Francisco, sed Petro primo be-
 neficiato seu arrendatori, in cuius tempore
 contrahentes celebrarunt cōtractum, per
 hæc fundamenta. Certum est enim qd lau-
 demium nō debetur ex sola traditione: quia
 traditio sola sine titulo vel causa non trans-
 fert possessionem. l. clauibus. ff. de contra-
 hendā emptione. & glossa, & doctores in
 l. ij. ff. de acquirenda possessione. quoniam
 traditio in qua causa nō est, nuda est, & nō
 valet, nec ex ea dominium transfertur. vt. ff.
 de acquirendo rerū dominio. l. nūquam.
 sed debetur ipsum laudemium ex titulo a-
 lienationis, & ex traditione. Ita tenet Iason
 in. l. quoties. C. de rei vendicatione. & in di-
 cta l. h. C. de iure emphy. num. 132. & sic ex
 principio & sine ipsius alienationis, sed in
 cōtractibus initium est inspiciendum, &

non finis. vt in. l. tamen. ff. ad Maced. & in
 l. j. § non solum. ff. de positi. & in eadem l. §
 quod si rem. in gl. & in l. si id quod. §. filius.
 64 familias. Et ratio est, quia traditio T nihil
 aliud est, nisi executio cōtractus præam-
 buli. Ita probat Bal. in consil. 415. per. l. iij.
 §. si ab ignoto. ff. de manumissio. & in l. j. in
 si. ff. de rebus credi. Præterea in cōtracti-
 bus initium habet vim, & potentiam attra-
 ctuam, vt tenet Bal. in l. ea demum. C. de col-
 latio. & tunc maxime, quando finis habet
 necessariam consequentiā ad initium: quia
 65 tunc semper incipitur T initium, & non fi-
 nis. Cū autem traditio rei emphyteutice,
 quam facit vendens emptori fiat ex neces-
 sitate cōtractus quia ad hoc tenetur ven-
 dens: vt in l. ij. & iij. & in l. emptorem. §. j.
 ff. de actio. empti. & in c. cū Ioannes. de
 fide instrumento. cum multis similibus &
 sic cū ipsa traditio habeat necessariam
 cōsequentiā ad principium & sit execu-
 tio ipsius principij, & principium habeat
 vim, & potentiam attractuam ergo inspi-
 ciendum est principium. Et ita tenet Bar.
 in l. denique. §. si quis cum. & §. Seio. ff. de
 mino. xxv. anno. & istam opinionē quod
 laudemium debeatur primo beneficiato,
 seu arrendatori tenet Ioānes de Succarras
 per sua pulcra fundamenta in comme.
 Pet. Albert. c. cautum. pag. 556. nu. 44. &
 Thom. Mieres in consil. R. Pet. iij. ca. iij.
 Item ne super laudemio. & faciunt notata
 per Bar. in l. sancimus. la prima. C. de con-
 sultibus. lib. xij. vbi tenet, quod stante sta-
 66 tuto T quod de quolibet cōtractu soluatur
 gabella, quando sit soluenda in cō-
 tractu condicionali scilicet, an tempore ce-
 lebrati cōtractus an tempore existentis
 conditionis, & dicit, quod tempore ce-
 lebrationis cōtractus, & non tempore exi-
 stentis conditionis faciunt etiam multum
 notata per Ioannem Bertachinum in sexta
 parte principali sui tractatus de gabella
 vbi dicit, quod si vnus cōtractus sit in-
 ceptus Venetis et perficiatur firmi, quod
 gabella est soluenda gabellario Venetia-
 rum & ita fuit iudicatum per magnificum
 Michaelē Xaquot, iurium doctorem
 Barcinonæ in similibus facti cōtingentiā in-
 ter Martinum Ioannem Tost caudidicum
 ciuem Barcinonæ arrendatorem prioris
 triennij iurium, & reddituum quos mo.

naſterium ſancti Petri puellarum Barcinona recipit in parochia ſancti Andree de Palo mario ex vna, & Ioannem ferram notarium ciuem Barcinonæ dictorum iurium, & reddituum ſecundum arrendatorem in triennio tunc proxime ſequenti ex alia, partibus, de qua declaratione conſtat inſtrumento recepto in poſſe meo die xxvij. Auguſti anno M. dxxxix. cuius voti fuerunt Ioānes Quintana Iacobus Terræ, & Barnabas Serra, & Ioannes Sumier iurium doctores tunc actu Barcinonæ aduocātes. Hoc idem fuit decimum per magnificum Ioannem Clauſes, & ſeniles iurium doctorem in poſſe discreti Ioannis monio die xxvij. Ianuarij anno à natiuita, domini M. dxlj. in cauſa, quæ ducta fuit inter viduam Mas ex vna, & venerabilem Bartholomæum Gomar canonicū, & camerarium eccleſiæ ſanctæ Annæ Barcinonæ quas declarationes cauſa breuitatis hic non inferui, & reſpondendo dicto Iacob. Marquel. qui dicit, quod propter calamum debetur laudemium dicas, quod non eſt ſimpliciter verum, vt per ipſum, qui dicit, quod ſi contrahentes reſiliunt re exiſtente integra quod nihilominus debetur laudemium: at in reſiſtione non eſt calamus, & ſecūndum eum in vſa. ſi quis ſuum feudum debetur laudemium ergo ipſum laudemium non debetur propter calamum

67 & ſic videmus quod nouus ꝑ beneficiatus non ſuccedit in penſionibus nec rata morabatunorum quæ currenſerūt tempore primi beneficiati: imò de pro ratis debet reſpōderi hæredi primi beneficiati & cum eo tenetur computare pro rata temporis. Sed primus beneficiatus eſt mortuus, & ideo non poteſt firmare, nec ſecūndus non firmabit quia nihil ei datur cum ſecūndum prædicta laudemium perſineat hereditibus primi beneficiati, quid dicendum hoc caſu, præſtatur in tota diœceſi Gerundenſi, & in maiori parte Viceñ. diœceſis hoc videlicet, quod nouus beneficiatus firmet illa inſtrumenta, & dantur ſibi pro illa firma tredecim ſolidi, & quatuor denarij monetæ Barcinonæ. Sed credo, quod hic in ciuitate Barcinonæ non debent ſolui, niſi nouem ſolidi Barcinonæ qui faciunt vnum morabatunum Alfoſinū, & non eſſet abſonum ſi in ipſa firma facta per no-

uum beneficiatū fiat mentio quod nouus beneficiatus ꝑ firmat ipſa inſtrumenta pro beneficiato prædeceſſore ſuo, ne dicta firma aliquo tempore poſſit de falſo impugnarī, & vt ſuper dicta firma ſciatur veritas. Ego vero tutius puto, quod inſtrumenta remaneāt non firmata, quā quod nouus beneficiatus faciat chartam precariam emptori in ipſa faciendo mentionem de dicta ſua emptione. Hoc tamen ſcias, quod in ciuitate, & diœceſi Gerundæ eſt conſuetudo ſcripta quod ſi forſcaptium eſt petium in vita primi beneficiati, eſto quod non fuerit habitum, nec firma fuerit appoſita forſcaptium pertinet hæredi primi beneficiati, ſed ſi in vita primi beneficiati non fuit petium tunc forſcaptū debet dari nouo beneficiato.

Summa capita.

- 1 Laudemium an diuiſibile.
- 2 Iacobi Calicij lapſus.
- 3 Vtilitas publica potior.
- 4 Domini conſenſus in ſucceſſiuis alienationibus requiritur.
- 5 Laudemium cui totum debitum. 6.
- 7 Laudemium ubi diuſum.
- 8 Allodium duplex.
- 9 Allodij commixti, an diuidatur laudemium.
- 9 Decimum quantum, & ex quibus debitum.
- 10 Laudemij inter duos partito.
- 11 Laudemium qui diuidant tres domini.
- 12 Dominorum quatuor laudemium quantum. 17.
- 13 Laudemium medium, aut integrum quando debetur.
- 14 Medium laudemium quantum: & ob quid debeatur.
- 15 Dominis duobus quot denarij debiti pro laudemio.
- 16 Laudemium trium in quot diuſum.
- 18 Solidi nouem ob chartam precariam debiti.
- 19 Solidos nouem concedenti deberi.
- 20 Solidi nouem qui & inter quos diuidantur. 21. 22.
- 23 Medium decimum quantum, quique diuidatur.
- 24 Intrata quibus parci.
- 25 Allodij eccleſiæ intrata quantum.
- 26 Intratam integram uni deberi.
- 27 Intrata quantum duorum cuiuslibet debita.
- 28 Laudemium eccleſiæ inter tres, quatuorque qui diuidantur. 29.
- 29 Intrata domini melij quantum.
- 31 Septimum ex uendito deberi.
- 31 Laudemium cui, & quantum ex uendito debeatur.
- 33 Laudemij inter duos, tres, quatuorque diuiſio. 34. 35.

- 36 Septimum ex hypotheca speciali deberi.
 37 Mediam septimum uni ecclesiastico debitum.
 38 Duorum, trium, quatuor, cuius quantum debeatur pro hypotheca. 39. 40.
 41 Prædij rustici laudemium quantum esse debeat.
 42 Quintam pro prædij rustico uni debeat.
 43 Quantum inter duos, tres, quatuor qui diuidendum. nume. 44. 45.
 44 Laudemij diuisiones an differant, quidue commune habeant.
 45 Solidi nouem cui cedant quinq; diuidantur.
 46 Solidi nouem quando diu debent.
 47 Solidi nouem qui inter duos, tres, quatuorq; diuidendi. nume. 50. 51.
 48 Chartam precariam quis confirmet. 52.
 49 Tertium simplex quando soluat extraneus.
 50 Medium quintum ob quid, & quo debitum.
 51 Medium tertium quando ex lucratiuis debitum. 57.
 52 Rustici sententiæ non contineri.
 53 Medium tertium an ex successione debitum.
 54 Tertium ex uendito inter quos diuisum:

Secunda principalis quaestio.



Itum est supra in prima principali quaestione, ex quibus alienationibus quinquagesima tertium, seu foriscapium debeat, & quanta sit quantitas quæ solui

debeat, nunc sequitur secunda principalis quaestio, scilicet, qualiter ipsa quinquagesima tertium, seu foriscapium, quæ pro laudemio datur ex ipsa alienatione prædiorum existentium intra ciuitatem suburbia hortos, & vineum Barcinonæ debeat diuidi inter dominos, ubi plures sunt domini successiue vnus infra aliū. Et licet ipsa laudemiorum diuisio prouenientium tam ex re feudali, quam ex re emphyteutica à practicis doctoribus non sit ommissa: quia de ea habetur in glos. in vfa. qui viderit. fo. 100. colum. iij. & Iacob. de Monte Iudaico ibi dem eod. fol. & Iaco. de Cali. in eod. vfat. fol. 102. colum. ij. & Iacob. Marquel. breuiter tamen in vfa. Casani. fo. 104. colum. prima. & idem Marquel. paulo extensius in vfat. si quis suum feudum. fo. 108. col. 3. & sequenti. & Ioan. de Succarra. in commemora. Petri Albert. cap. cautū ubi dicit, qd dicitur Iacobus de Monte Iudaico in hac materia locutus est ex suo capite, et quod licet Iacob. de Calicio aliqua circa

hanc materiam aurea verba dixerit tamen in aliquibus errauit: & quantum dicitur Iacobus de Monte Iudaico, in dicto vfat. qui viderit. & in eo. vfa. Iaco. Marquel. et etiam in vfa. si quis suum feudum voluerint adducere diuisionem laudemiorum, quæ soluuntur ex alienatione rerum emphyteutiarum existentium in presentia ciuitate, suburbij, hortis, & vineo Barcinonæ tamē ubi ampliore declaratione opus erat, ubi breuius esse voluerūt & negotium ferē intactum reliquerūt. verum, quia dum inuenis eram, & forsan eo tempore quo line magno rubore fateri non possem prædictam laudemiorum diuisionem ignorauit, quia nunquā tam ab aliquo bene digestam, & declaratam inueni, nisi in aliquibus computis abbreviatius notariorum, quæ vnum ab alio semper discrepat, & line iuris allegationibus: ideo, ne eueniat alijs quod mihi contigit, prædictā laudemiorum diuisionē pro iuuenibus ita declarare est animus, vt quantum hucusq; res fuerit obscurum, & ambigua, abinde tanto magis clara, & intelligibilior ab omnibus videatur. Et quantum eā breuibus abfoluere possem, tamen: quia hæc quaestio præ ceteris hominum vsui profectura est & in eius mensa in dies plurimi erunt conuicia: ideo cum utilitas publica & communis sit præferenda priuata & paucorum. l. prima. §. fina. & ibi Barto. C. de caducis tollen. & l. prima. & ibi doctores. ff. solu. matrimo. & ibi etiam Barto. in v. col. & text. & doctores in authen. res. quæ. C. comm. de lega. plurimorum igitur seu communi utilitati studens eam latius exponens. Et posset forsan aliquis dicere hanc promissam diuisionem de vento seruire, quia in iure cautum est, quod quādo primus emphyteuta subemphyteuticæ secundo, & quando secundus tertio, & tertius, quarto, & quartus quinto, & ipse quartus aut quintus aut aliquis. eorum vendit vel aliter ius suum in alium transfert vt supra, in prima principali quaestione est dictum semper est requirendus solus consensus domini allodialis siue directi quo ad solutionem laudemij: & hoc casu non adhibetur quis eorum debeat habere laudemium seu quinquagesimum: quia illi debetur cuius consensus requirendus est, ita tenent communiter doctores, & cum non sit consensus

quo ad ipsum laudemium soluendum, nisi
 cōsensus dñi allodialis & directi sequitur
 quod illius solius debet esse laudemium
 seu quinquagesima, & ita tenet Spec. in §.
 nunc aliqua. de loca. ver. cxxvj. idem tenet
 las. May. in l. fi. in viij. quest. C. de iure em
 phyt. & Azo. in summa. eo. ti. in §. quid si
 dedi. & glo. magna. in d. l. h. C. de iure em
 phyt. & glo. in v. qui viderit, & ibi Iaco.
 de Monte Iudaico. & Cali. & hoc omnes
 tenent sine aliqua cōtradictione, q̄ dñs al
 lodialis & directus ¶ cuius cōsensus est re
 quirēdus debet habere totū laudemium,
 et ita est verū, et de hoc est hodie tex. in cō
 sti. domini Regis Caroli nunc feliciter re
 gnātis in curia Barcin. c. com moltes vega
 des. & glo. in v. si quis suū feu. & sic cer
 tum est tam de iure ciuili, q̄ municipali hu
 ius principatus, q̄ primus dñs allodialis si
 ue directus totū debet habere laudemium
 tertium, seu forficapiū, & de illo nulla est
 faciēda diuisio cum oēs dñi infra allodia
 lem existentes sicut in nuda perceptione, et
 non habeant partem laudemij nisi firmam
 ad opus conferuandi suum censum, & fa
 ticā ad opus retinēdi, nec etiam emparā
 pro sensu habēdo secūdi allegatā confi.
 dicti dñi Regis Caroli & sic ex suprā di
 ctis si bene recolligatur, clarē patet hanc se
 cundam principalem quaestionem frustra
 poni, & de nihilo seruire. Ad quod respō
 dēdo dicitur, q̄ licet prēmissa veritate ful
 ciantur extra ciuitatē, suburbia, hortos, &
 vinetum Barcin. tamē in eisdem ciuitate,
 suburbijs, hortis, ¶ & vineto Barcino. in
 quibus ipsa mediā dñationes sunt magis
 cōfirmatae & priuilegiatae per statuta par
 ticularia ipsius ciuitatis puta per sententiā
 arbitralem latam per dominum Regē Iac.
 ij. & Ep̄m Valentinum inter clerum, & ci
 ues Barcin. quae supra calēdata est, & per
 clausulas septimi & quinti, & quarti ab
 ea sumptis, quae sunt in volumine cōstitu
 tionū & per plures vñtias scriptas eius
 dem ciuitatis, quae infra suis proprijs locis
 adducuntur dictum laudemium siue quin
 quagesima est diuidenda inter oēs dños
 successiue existentes, vt infra hac q̄one di
 cetur: et sic ista secunda principalis q̄o
 non est inuutilis, sed necessaria et pro omnibus
 ceteris alijs cōuenientior. Et q̄a est multū
 affinis, & propinqua, & erat cōdeclarāda
 cum praecedēti, & mixtū cū illa tractāda

ideo nullus miretur, si in ea breuibus repe
 tantur aliqua quae copiosius in praecedenti
 principali q̄one dicta sunt: cum hoc fiat
 gratia rectoris ordinis, & continuandi, &
 concordandi primam praecedentē cū hac
 secunda. Et accedens ad hanc secundam
 q̄onem declarandā rememorō id, quod sit
 pra dictū est in primo praeludio, vbi dictū
 est, quod allostiū ¶ siue dire cta dñatio, alia
 est laicalis, & alia ecclesiastica. Et qm̄ diui
 sio laudemij prouenietis ex alienatiōibus
 rerū emphyteuticarū laicorū est facilis
 intellectu. & per eā habebitur latior adi
 tus, & facilius intellectus ad intelligendū
 qualiter laudemia prouenientia ex aliena
 tione rerū emphyteuticarum de alodio
 ecclesiae diuidi debeant, quae difficilior est
 ideo primō ad tractandū de diuisione lau
 demiorum prouenientū ex alienatione re
 rum de alodio laicali accedo, vt intellecta
 diuisione, quae fit inter laicos, de laudemio
 facilius declaret, & intelligatur qualiter
 erit faciēda diuisio inter dños ecclesiasti
 cos, & laicos de laudemijs prouenient.
 bus ex alienatione rerū emphyteuticarū
 de alodio ecclesiae in quib⁹ dñi laici vnus,
 vel plures sunt commixti cum ecclesia seu
 dñio ecclesiastico quod quā sapissimē
 contingit in hac ciuitate, suburbijs, hortis,
 & vineto. Et quia dictū fuit suprā in pri
 ma principali quaestione in secunda cellu
 la praedij vrbani quod laici, & etiam eccle
 siae si laico succedat post laicā sententiā ar
 bitralem inter clerū, & ciues Barcin. nō re
 cipiant, nec recipere possunt ex alienatio
 ne ipsorum allostiorum laicaliū, quae sunt
 intra ciuitatem suburbia, hortos, & vine
 tum tam ab alijs, ciuib⁹, & habitatoribus
 Barcinonae quā ab extraneis, & forensi
 bus, & tam de intratis stabilimentorum,
 siue in emphyteusim concessionum, quā
 de praedio venditionum, siue aliarum alie
 nationum tam vrbanoꝝ, quā rustico
 rum praediorū nisi duos solidos pro qua
 libet libra totius pretij si res vendatur, aut
 alio titulo oneroso alienetur, aut toti⁹ in
 trata, si res subemphyteuticetur: quod de
 cimum appellatur, & quod in ipsis allo
 dijs laicalibus nō possit esse laudemium,
 nisi ipsa decima pars pretij, seu intrata, &
 non maior nec minor pars suprā fuit pro
 batum. His praemissis venio ad ponendas
 diuisiones.

Bulla Papalis inter alia continens qualiter in Catalonia decimæ per laicos possidentur.

VRbanus Episcopus seruus seruorum Dei Charissimo sibi in Christo filio Hispaniarum Regi excellentissimo. Cùm igitur prædictorum episcoporum tantam vidimus indiscretionem, & tam nullam dispensationis recogitationem, quæ iam pridem, vt superius diximus concessa sunt modo præsentis priuilegij munimine firmantes ex autoritate omnipotentis Dei patris, & filij & Spiritus sancti & beatæ Mariæ semper virginis, beatorum apostolorum Petri & Pauli, necnon & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ & ad vltimum nostræ concessa paternitati Statuimus, tibi Charissime filii Petre tuique Regni successoribus & generi tuo rite substituendorum iure esse, vt ecclesias villarum tam earum quas in Saracenorum terris capere poteritis quæ, earum quas ipsi in Regno nostro edificauerit vel per capellas vestras vel per que volueritis monasteria, Sedibus duntaxat episcopalibus exceptis, distribuere liceat vobis. & ne apud matrem, cuius voluntatibus & præceptis exequendis semper præoptissimus assististi repulsum in parte aliqua pia tua patiarè petito. Tui quoque Regni procuratoribus eandem licentiam concedentes, eodemque illam priuilegio, et eadem autoritate corroborationis sancimus, vt ecclesias quas in Saracenorum terris iure belli acq̄sierint, vel in propriis hæreditatibus fundauerint sibi suisque hæredibus, cum primitiis et decimis propriarum duntaxat hæreditatum dummodo cum necessariorum administratione diuina in eis mysteria rite à conuenientibus personis celebrari faciat, eis liceat retinere vel quorumlibet monasteriorum ditioni subdere. Tu autem Serenissime Rex tuisque posteris, & superni patris & eiusque tanquam in spiritalibus filiis tanta prerogatiuæ dona vobis confert semper memores matris, laborate vt ipsi in nullo abutentes, sed iam memorati Regis Sanchij piam per omnia conuersionem sequentes post momentanei Regni gubernacula feliciter ad Regum Regum conregnaturi peruenire mereamini consortia Hanc igitur nostram con-

stitutionem perpetua cupientes stabilitate teneri omnibus notum esse volumus quod quisquis contra eam temere venire voluerit, totius Christianitatis expulsus consortio, anathematis iudicio subiacebit. Qui autem illam veneratione seruauerit, & Apostolicæ benedictionis gratiam & æternæ retributionis consequetur abundantiam A. A. Datum Romæ xvj. Calen. Maij per manus Io. sanctæ Romanæ ecclesiæ Diaconi, Cardinalis & præsignatoris domini Urbani Papa secundi. Anno dominicæ incarnationis M. nonagesimo quinto indicatione. tertia. pontificatus eiusdem domini Urbani viij.

Diuisio laudemij prouenientis ex intrata, si prædium subemphyteuticatur aut ex pretio, si prædium vendatur, quod est de alodio laicali: quia in vtroque istorum casuum est idem.

Quando est vnus dominus tantum.

SI primus emphyteuta, qui est immediatus, siue cors cum domino directo subemphyteuticatur, siue vendatur prædium, siue urbanum, siue rusticum pro pretio, siue pro intrata decem librarum alicui siue acquiritor sit eius, aut habitator Barcinonæ, aut forensis siue extraneus, & siue ipsa venditio siue subemphyteuticatio fiat per eum, & habitator Barcinonæ, aut per per forenses siue extraneum dominus alodialis habebit tam de pretio, quàm intrata decimum quod est duo solidi pro qualibet libra & ita cautum est in dicto priuilegio R. Pet. ij. et in confirmatione eiusdem facta per Salodium Regem Alfonso ij. apud Salodium et per decimam septimam scriptam vsantiam Barcinonæ incipient. si est tantum vnus dominus & in vsantia incipient. si est in re, quæ conceditur in emphyteusim dñs laicus vnus tantum.

Quando sunt duo domini.

SI verò in eodem prædio sunt duo domini supra stabilitatem, seu vendentem tunc primus dominus alodialis, & directus recipiet tam de intrata, quàm de pretio.

tio siue prædium sit vrbānum, siue rusticum & siue acquiritor sit ciuis, vel extraneus & siue ipsa alienatio fiat per ciuē vel forensem sex denarios pro qualibet libra. & secundus dominus, qui est immediate siue cors à cors infra ipsum directum, et supra ipsum vendentem siue emphyteuticā tē recipiet decem octo denarios pro qualibet libra pretij, vel intrata, & hoc probatur per xv. vsantiam scriptam Barcin. incipien. si autem sunt in re duo domini laici & in commemo. Pet. Albert. c. 4^s. incipit. ius est scriptum, aliā incipit cautum. & in c. 51. Item est costuma de Catalunya.

Quando sunt in re tres domini.

11 **S**i insuper in eodem prædio sunt tres domini tunc si emphyteuta vtilis vedit vel subemphyteuticā prius dominus alodia lis & directus recipiet tam de intrata, quā de pretio siue acquiritor sit ciuis siue forensis, et siue ipsa subemphyteuticatio siue veditio fiat per ciuē Barcin. siue per forensem, & siue prædium sit vrbānum siue rusticum sex denarios pro qualibet libra. Et secundus dominus alios sex denarios pro qualibet libra, & tertius dominus recipiet vnū solidum pro qualibet libra, & ista diuisio probatur per septimā vsantiā scriptam Barcin. incipien. si sunt in re tres domini omnes laici & dicta duo capitula supra proximē allegata in commemora. Pe. Albert. & ibi Ioan. de Succarra.

Quando sunt quatuor domini.

12 **S**i prater ea in eodem prædio siue vrbāno, siue rustico vendito per ciuē, vel extraneū ciuī vel extraneo siue in emphyteusim concessio, tunc quilibet ipsorum dominorum recipiet, & recipere debet sex denarios pro qualibet libra totius pretij & hoc casu non potest esse intrata cum nō possint esse quinque domini mediij prout dictū est supra in secundo prædicio: & quod hoc casu diuisio sic fieri debeat probatur ex ordine vsantiarum supra allegatarum ac etiam per vsantiā scriptam Barcinonā xxj. incipien. si vero sunt in re quatuor domini & per duo capitula supra allegata.

Diuisio laudemij pertinētis ex impignoratione, seu speciali obligatione factis de

prædiis, quæ sunt de alodio laicali sitis in ciuitate suburbii, hortis, & vineto Barcinonæ.

Supra in octaua cellula primæ principalis questionis fuit dictum, & probatum, quod ex speciali obligatione, seu impignoratione quā facit dominus medius de sua media dominatione aut emphyteuta vtilis, de sua vtili dominatione, quam habet in ipso prædio emphyteuticario, quod tunc dno tunc siue dominis supra impignorationem existenti siue existentibus debetur medium laudemium tertium, seu forficatum insuper in eadem cellula fuit dictum & probatum quod quādo pro laudemio integro debetur decimum quod tunc pro speciali obligatione debetur medium decimum: & quando septimum pro alienatione perpetua, quod pro speciali obligatione debetur medium septimum. Et quando quintum pro alienatione perpetua, quod tunc debetur medium quintum, pro speciali obligatione. Et quando tertium pro alienatione perpetua, quod tunc debetur medium tertium pro speciali obligatione his præmissis venio ad diuisionem laudemij, quod debetur ex impignoratione prædij laicalis.

Quando est vnus dominus tantum.

Si primus emphyteuta qui est immediatus, siue cors à cors cum domino vtili impignorante, siue prædium sit vrbānum, siue rusticum, siue dicta impignoratio fiat per ciuē vel habitatorem Barcinonæ siue per forensem & extraneum dominus alodialis habet medium laudemium, quod est vnus solidus pro qualibet libra totius quantitatis pro qua prædium ipsum impignoratur seu specialiter obligatur & dictum medium laudemium non diuiditur sed illud integraliter habere debet ipse dominus alodialis.

Quando sunt duo domini.

15 **S**i verò sunt in eodē prædio, quod impignoratur duo domini, tunc primus dominus recipiet tres denarios pro qualibet libra, & secundus dominus recipit nouem denarios pro qualibet libra totius quantitatis pro qua prædium impignoratur.

ignoratur, siue specialiter obligatur, siue fiat ipsa impignoratio per ciuem, & habitatorem Barcinonæ siue per forenses ciuitatis, vel habitatori, aut forensi.

Quando sunt tres domini.

16 **S**I tamen in eodem prædio, quod impignoratur sunt tres domini tunc primus dominus allodialis recipit tres denarios pro qualibet libra, & secundus dominus recipit alios tres denarios, & tertius dominus recipit sex denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua prædium impignoratur, seu specialiter obligatur.

Quando sunt quatuor domini.

17 **S**I in super sunt quatuor domini in eodem prædio, quod impignoratur, tunc qui libet istorum quatuor dominorum recipiet, & recipere habebit tres denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua prædium ipsum impignoratur, seu specialiter obligatur. & quod in dictis tribus proximis casibus supra positus diuisio laudemij ita fieri debeat, probatur per iura allegata supra in diuisione intrate & pretij. nam idem iuris est de parte quo ad partem quod de toto quo ad totum in l. quæ de tota. ff. de rei vendica. & in l. à Titio. ff. de verborum obligat. cum in hoc non possit assignari diuersitatis ratio: quo casu idem iuris est statuendum ut ff. de iniusto rupt. & irri. fac. test. l. iij. §. sed & hi. & C. de inoffic. doti. l. penul. cum aliis similibus.

Diuisio nouem solidorum, qui solent dari, quando firmatur charta precaria de allodio laicali.

18 **I**N vndecima cellula primæ principalis quaestiones fuit dictum, & probatum, quod quando firmatur charta precaria pro firma & concessione eiusdem chartæ precariæ dantur, & debent dari nouem solidi monetæ Barcinonæ, prout ibi probatum est: nunc qualiter ipsi nouem solidi debeant diuidi est dicendum.

Quando est vnus tantum dominus.

19 **S**I de prædio quod est de allodio laicali fiat charta precaria illi nouem solidi

qui pro ea debent dari sunt domini allodialis, & directi qui eam cōcedit & firmat integre sine aliqua defalcatione & hoc necessario cum non habeat, cum quo illos diuidere possit.

Quando sunt duo domini.

20 **S**I autem in eodem prædio sunt duo domini primus dominus allodialis recipit decimam partem ipsorum nouem solidorum, quæ decima pars est decem denarij oboli pugesiæ, & decima pars vnus oboli & secundus dominus, qui firmat ipsam chartam precariam recipit residuum ipsorum nouem solidorum.

Quando sunt tres domini.

21 **S**I eodem in prædio tamen sunt tres domini primus dominus allodialis recipiet quartam partem decimæ partis ipsorum nouem solidorum quæ est duo denarij vnus obolum, et vna quarta pars vnus oboli et vna quarta pars vnus pugesiæ & vna quarta pars decimæ partis oboli & secundus dominus similem partem proximæ precedenti, & tertius dominus qui firmat ipsam chartam precariam residuum dictorum nouem solidorum.

Quando sunt quatuor domini.

22 **S**I denique in eodem prædio sunt quatuor domini tunc tres primi recipiet qui libet illorum duos denarios vnum obolum vnum quartum oboli vnum quartum pugesiæ & vnum decimæ partis vnus oboli & quartus dominus qui firmat chartam precariam recipiet residuum dictorum nouem solidorum & ista probantur per easdem rationes, & iura per que probantur diuisiones, quæ sunt de laudemio prouenienti ex impignoratione seu specialit obligatione supra positas. Cum idem iuris sit de parte quo ad partem quod de toto &c.

Diuisio laudemij pertinentis ex alienatione titulo lucratiuo facta de allodio laicali per forenses, & extraneos de prædijs quæ acquiruntur intra hortos & vineas Barcinonæ.

Suprà

Suprà in sexta cellula primæ principalis questionis dictum fuit, et probatum, quod emphyteuta forensis & extraneus, qui acquirit prædia & honores emphyteuticales de allodiolaicali sitis in hortis, & vi
 23 neto tenetur soluere laudemium ꝛ scilicet medium decimum per rationes, et iura ibi extensius allegata, quæ supra vidistis. Nunc verò superest tractare, quomodo ipsum medium decimū, quod est vnus solidus, pro qualibet libra debeat diuidi inter dominos vbi plures sunt domini successiue vnus infra alium. Et quia iste vnus solidus qui datur pro acquisitione lucrativa per extraneum, & forensis de prædio laicali ex æstimatione intra hortos, & vinetum diuidi debet sicut ille solidus qui datur pro speciali obligatione seu impignoratione, ideo causa breuitatis recurras ad illam diuisionem & vt ille solidus diuiditur in omnibus suis casibus diuide istum, nullo addito remoto vel mutato.

De diuidendis laudemis allodiorum ecclesiæ.

Absolute diuisione laudemiorum pro-
 24 uenientium ex prædiis de allodio laicali in omnibus suis capitibus, quæ varietatem continet, vt supra, nunc superest dicere & adducere diuisionem laudemiorū prouenientium de prædiis quæ sunt de allodio ecclesiæ in omnibus suis capitibus quæ secundum diuersitatem contractuum, per sonarum, & qualitatem prædiorum, & locorū vbi ipsa prædia sunt in diuisione varietatem recipiunt, in quibus breuitatis gratia curabo casus similes sub eadem declaratione comprehendere. & quia ꝛ intratæ quæ dantur, quando subemphyteuticantur prædia tam vrbana, quàm rustica in diuisione parificatur, & simili diuisione partitur, ideo de ipsis intratis tam prædij vrbani, quàm rustici sub eadem declaratione dicetur.

Diuisio laudemij prouenientis ex intratæ quando subemphyteuticatur prædium siue vrbani siue rustici de allodio ecclesiæ.

Suprà in nona cellula primæ principalis questionis dictum fuit, quod quando

25 prædium de ꝛ allodio ecclesiæ siue vrbani siue rustici, quod est intra ciuitatē suburbia hortos, & vinetum Barcinonæ sub emphyteuticatur per ciuem, & habitatorem Barcinonæ ex intratæ debetur quarta pars eius quantitatis, quæ pro intratæ datur, & ibi diuisio eiusdem quartæ partis fuit remissa ad locum præsentem, ideo ad eā ponendam accedo.

Quando est vnus dominus tantum.

26 Si in prædio siue ꝛ vrbano siue rustico de allodio ecclesiæ, quod subemphyteuticatur non est nisi vnus dominus putat allodialis & directus ipse recipit integraliter totam intratam, quæ est quatuor solidi pro qualibet libra: & quod soluatur quarta pars in dicto casu probatur per sententiam arbitralem in §. de stabilimentis autem, & per clausulas ab ea sumptas.

Quando sunt duo domini.

27 Si tamen in eodem prædio sunt duo domini tunc primus ꝛ dominus allodialis habebit quartam partē quartæ partis ipsius intratæ, quæ quarta pars quartæ partis est quindecim denarij: et hoc probatur in sententia arbitrarij ibi & de stabilimento & secundus dominus, qui firmam ipsam charitam precariam, seu illam concedit habet decem octo denarios pro qualibet libra totius intratæ. Nam hic secundus dominus sic recipit in allodiis ecclesiæ vti recipit in allodiis laicalibus & non plus, nec minus. & hoc supra proximè dictum probatur per nouam vsantiam scriptam Barcinonæ incipien. Si verò venduntur domus, & per hæc, quæ dicta sunt supra in præcedentibus aliis diuisionibus.

Quando sunt tres domini.

28 Si insuper sunt ꝛ tres domini in eodē prædio siue vrbano, siue rustico, quod sub emphyteuticatur tunc primus dominus allodialis & directus habebit quartū quartæ, quod est quindecim denarij, et istud probatur per vigelimam secundam scriptam vsantiam Barcinonæ incipien. idem de stabilimentis. Secundus verò dominus laicus recipiet sex denarios pro qualibet libra

bra & ita probatur in vigesimaprima vsantia scripta Barc. incipien. si vero sunt in re tres domini & in vsantia sequenti. & tertius dominus qui est cors à cors cum emphyteuticante recipit vnum solidum pro qualibet libra totius intrate & ita probatur in dicta vsantia scripta Barcinonæ incip. si verò sunt in re tres domini, & sequen.

Quando sunt quatuor domini.

39 **S**i verò in eodem prædio siue vrbano, siue rustico sunt quatuor domini tunc primus dominus alodialis recipit dictos quindecim denarios pro qualibet libra totius intrate vt supra proxime est dictum, & reliqui tres domini laici sequentes recipient, scilicet, quilibet eorum recipiet sex denarios pro qualibet libra. & ita probatur in vsantibus & rationibus supra allegatis et ita est verum.

40 **E**t super proxime dictis circa dictam intratam aduertendum est, quod siue dominus alodialis sit laicus siue ecclesiasticus domini medij infra ipsam existentes recipiunt inter omnes pro qualibet libra totius intrate decem octo denarios, qui de cemocto denarij inter ipsos dominos laicos medios sic debent diuidi puta quia si non est nisi vnus dominus ipse recipit illos integritè si sunt duo ille qui est cors à cors cum domino directo recipit sex denarios, alter verò infra existens: cors à cors cum emphyteuta vili, & emphyteuticante recipit vnum solidum pro qualibet libra totius intrate: si verò sunt tres domini medij, tunc ipsi decem octo denarij æqualiter inter eos diuiduntur, recipientes eorū quilibet sex denarios & si minuuntur ipsi domini pars infimi domini medij augeatur, vt ex præmissis potest colligi.

Diuisio laudemij provenientis ex venditione, aut alia onerosa alienatione prædij vrbani de allodio ecclesie existenti intra ciuitatem Barcinonæ aut suburbia proxima, & immediate contigua.

Supra in prima cellula primæ principalis questionis dictum fuit, quod quando venditur prædium vrbani de allodio ecclesie situm intra ciuitatem, & suburbia proxima Barcinonæ vendantur per cl

uem Barcinonæ, siue per forenses alios ciuibus siue forensibus & extraneis quod
37 **T**unc debetur pro laudemio septimum totius pretij ad cuius diuisionem accedo.

Quando est vnus dominus tantum.

Si in dicto prædio non est nisi vnus dominus tantum scilicet, alodialis, & directus ipse recipit septimum quod est duo solidi decem denarij vna pugelia & vnum septenium siue septimam partem vnus pugelie pro qualibet libra totius pretij ita probatur per sententiam arbitralem, & clausulam septimi toties allegatam ab ea sumptam ibi septima pars totius pretij.

Quando sunt duo domini.

33 **S**i inquam sunt duo domini medij in eodem prædio vrbano, tunc primus dominus alodialis ecclesiasticus habet, & habere debet tertiam partem septimæ partis totius pretij, quæ tertia pars septimæ partis est vndecim denarij, tertia pars vnus pugelie, & tertia pars septeni, siue septimæ partis vnus pugelia, quæ omnia non sufficiunt ad vndecim denarios, & obolum, et istud probatur per sententiam arbitralem in versicu. vbi verò ibi tertia pars septimæ partis & per clausulam septimi ab ea sumptam & per primam vsantiam scriptam Barcinonæ incipien. cum fiet venditio. Secundus verò dominus debet habere decem octo denarios, vt dictum & probatum fuit supra in prima diuisione pretij, & intrate alodij laicalis.

Quando sunt tres domini.

34 **S**i verò in eodem prædio vrbano sunt tres domini tunc dominus primus alodialis ecclesiasticus recipit dictam tertiam partem septimæ partis vt dictum est supra, & probatum quæ est vndecim denarij, & tertia pars vnus pugelie & tertia pars vnus septeni, siue septimæ partis vnus pugelie. Secundus verò dominus recipit sex denarios, prout supra dictum est in prima diuisione alodij laicalis vbi fit diuisio inter tres dominos. Et probatur in dicta prima vsantia Barcinonæ incipien. cum fiet venditio, & tertius dominus qui est cors à cors

cors cum emphyteuta vendente recipiet vnum solidum & hoc probatur in vñtia scripta Barci. suprà proxime allegata.

Quando sunt quatuor domini.

- 35 Si autem in eodem prædio sunt quatuor domini tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet dictos vñdecim denarios, & tertiam partem vñius pugelie & tertiam partem vñius septeni siue septimæ partis vñius pugelie, vt suprà dictum est. Cæteri autem tres domini sequentes infra ipsum allodiale existentes recipient quilibet eorum sex denarios pro qualibet libra totius pretij. Istud est verum, & probatur per vigesimam primam vñtiam scriptam Barcinonæ incipientem si vero sunt in re tres vel quatuor domini.

Diuisio laudemij prouenientis ex speciali obligatione prædij vrbani de allodio ecclesie.

- 36 In octaua cellula primæ principalis quæstionis inter cætera dictum fuit, quod ex speciali obligatione prædij vrbani debetur medium septimum, nunc eius mediij septimi diuisio est faciendâ.

Quando est vnus dominus tantum.

- 37 Si in prædio vrbano, quod specialiter obligatur, non est, nisi vnus dominus directus, & allodialis nēpe ecclesiasticus, ipse debet recipere ex speciali obligatione medium septimum, quod est decem & septem denarij media pugelia, & mediū septenium pugelie. Ista probantur per ea, quæ dicta sunt suprà in dicta octaua cellula.

Quando sunt duo domini.

- 38 Si fuerint duo domini in prædio, quod impigneratur seu specialiter obligatur, tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus debet habere medietatem tertie partis septimæ partis, quæ est quinque denarij & medietas vñius tertij pugelie, & medietatem vñius septeni pugelie, & secundus dominus nouem denarios probantur hæc omnia in octaua cellula primæ principalis quæstionis, ad quam recurras.

Quando sunt tres domini.

- 39 Si denique in prædio vrbano, quod impigneratur sunt tres domini primus dominus allodialis ecclesiasticus recipit: vt suprà dictum est quinque denarios & medietatem vñius tertij pugelie, & medietatem vñius septeni pugelie & dimidiū mediij septeni pugelie & secundus dominus laicus recipit tres denarios pro qualibet libra & tertius dominus qui est cors à cors cum impignerate recipit sex denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua ipsum prædium vrbani impigneratur siue specialiter obligatur.

Quando sunt in re quatuor domini.

- 40 Si in eodem prædio vrbano, quod impignoratur sunt quatuor domini primus dominus allodialis ecclesiasticus recipit, vt suprà proxime dictum fuit, scilicet, quinque denarios medietatem vñius tertij pugelie, & medietatem vñius septeni pugelie, tres vero reliqui domini recipiunt quilibet eorum tres denarios pro qualibet libra totius quantitatis, pro qua res impigneratur. probantur ista per ea, quæ dicta sunt suprà in diuisione laudemij prouenientis ex speciali obligatione prædij de allodio laicali, & per ea, quæ dicta sunt suprà in octaua cellula primæ principalis quæstionis, vbi allegantur iura sic disponentia.

Diuisio laudemij prouenientis ex venditione, vel alia onerosa alienatione de prædio rustico, quod est allodium ecclesie.

- 41 Prædij rustici laudemij aliter diuiditur quàm laudemium prædij vrbani quia prout dictum fuit suprà in tertia cellula primæ principalis quæstionis ex venditione prædij rustici, quod est quatuor solidi pro qualibet libra, ideo nunc de eorum diuisione est dicendum.

Quando est vnus dominus tantum.

- 42 Si in prædio rustico, quod est de allodio ecclesie non est nisi vnus dominus tantum, scilicet ecclesiasticus allodialis tunc ipse dominus debet habere quintum de toto

toto pretio, quod est quatuor solidi pro qualibet libra & ista probantur per sententiam arbitralem in versi. quando verò fient venditiones & per dictam septimam vsantiam incipien. si est tantū ibi in verbo quintum pretij hortorum.

Quando sunt duo domini.

- 43 **S**I insuper in dicto prædio rustico sunt duo domini tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet tertium quintum, quod est sedecim denarij pro qualibet libra totius pretij. Probantur hæc per sententiam arbitralem, ibi in verbo si verò dictæ venditiones, seu alienationes. & in prima, & secunda consuetudinibus scriptis Barcinonæ. & secundus dominus laicus recipiet decem octo denarios pro qualibet libra totius pretij. Probatur hæc in ix. vsantia scripta Barcinonæ incipien. si verò venduntur.

Quando sunt in re tres domini.

- 44 **S**I verò in eodem prædio rustico sunt tres domini, primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet sedecim denarios, vt supra dictum est, & probatum. & secundus dominus post eum recipiet sex denarios, & tertius dominus recipiet vnū solidū pro qualibet libra totius pretij per rationes, & iura supra in simili casu allegata in venditione prædij vrbani.

Quando sunt quatuor domini.

- 45 **S**I in prædio rustico sunt quatuor domini tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet tertiam partem quintæ partis, quæ est sedecim denarij, & reliqui tres domini recipient scilicet quilibet illorum sex denarios pro qualibet libra totius pretij prout dictum fuit supra in diuisione laudemij pertinentis ex prædio vrbano de allodio ecclesiæ, quando sunt in eo quatuor domini: quia quæuis diuisione laudemij prædij vrbani differat à diuisione laudemij prædij rustici, quo ad dominos allodiales ecclesiasticos, tñ quo ad alios dominos inferiores laicos nō differunt: imò verum est, quod ipsi domini inferiores ita reci-

piunt in vno prædio sicut in alio & sic probato de vno prædio scilicet vrbano, rehta probatum de rustico.

Diuisio laudemij pertinentis ex speciali obligatione prædij rustici de allodio ecclesiæ.

- 46 **S**Upra proximè dictum fuit, quod diuisio laudemij prædij vrbani non differt à diuisione laudemij prædij rustici, quo ad dominos laicos inferiores infra dominum allodiale ecclesiasticū existentes sed differt quo ad dominos allodiales ecclesiasticos. Eodem modo diuisio laudemij pertinentis ex speciali obligatione prædij rustici non differt à diuisione prædij vrbani, quo ad laicos dominos & ideo sic computandum est, & diuidendum in hac speciali obligatione prædij rustici sicut in diuisione prædij vrbani. Sed quia ista diuisio laudemij prædij rustici differt quo ad dominos directos à diuisione prædij vrbani ideo vnico verbo exponam hanc diuisionem sic dicendo, quod quando dominus allodialis est solus recipit duos solidos, quando verò est cū vno duobus aut tribus dominis medijs recipit & recipere debet medietatem tertie partis quintæ partis totius pretij, quæ est octo denarij pro qualibet libra. Et sic sum expeditus de hac diuisione laudemij pertinentis ex speciali obligatione prædij rustici.

Diuisio nouè solidorum, qui dantur pro charta precaria prædij tam vrbani, quæ rustici de allodio ecclesiæ.

- 47 **C**ertum est, quod illi nouem solidi, qui dantur pro firma, siue concessione chartæ precariæ cedunt loco intratæ & sic est interpretata consuetudo, quæ est optima legum interpretis, vt ff. de legi. l. si de interpretatione & l. minimè. (lex, minimè nec quouis modo inducta hoc probat, sed lex illa si de interpretatione. in fi. habet cōformem tex. in c. cū dilectus, de rescrip. in antiq. & gl. in c. ab eo, qui. de appel. in vj.) Ea propter de prædictis nouè solidis debet fieri diuisio per illas eadem regulas & iura per quas fit diuisio intratarum et cum illi nouè solidi, qui dantur pro charta precaria facta de prædio vrbano debeant di-

uidi illo eodem modo quo diuiduntur illi nouem solidi, qui dantur pro charta precaria prædij rustici, ideo de diuisione ipsorum nouem solidorum communiter dicā.

Quando est vnus dominus tantum.

48 **S**I in prædio siue vrmano siue rustico, de quo firmatur charta precaria est vnus dominus tantum, ipse recipiet integraliter dictos nouem solidos, qui pro cōcessione ipsius dantur.

Quando sunt duo domini.

49 **S**I vero in prædio, siue vrmano siue rustico de quo firmatur charta precaria sunt duo domini tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet quartam partem ipsorum nouem solidorum, quæ est duo solidi & tres denarij, & secundus dominus, qui firmat ipsam chartam precariam recipiet residuum ipsorum nouem solidorum.

Quando sunt tres domini.

50 **S**I vero in eisdem prædijs sunt tres domini, tunc primus dominus allodialis recipiet quartum quartum, quod est sex denarij, obolum, & pugelia. Et secundus dominus post ipsum recipiet duos denarios, obolum, & vnū quartū oboli, & vnū quartū pugelie, & vnū quartū decimæ partis oboli. Et tertius dominus, qui est cors à cors cū emphyteuta vtili recipiet residuum dictorum nouem solidorum. Ista probantur per ea, quæ dicta sunt supra in diuisione nouem solidorum, qui dantur pro quarta precaria, quæ sit de prædio, quod est de allodio laicali.

Quando sunt quatuor domini.

51 **S**I fuerint quatuor domini tunc primus dominus allodialis ecclesiasticus recipiet suum quartū quartum quod est sex denarij, obolum, & pugelia, & secundus, & tertius recipiet, scilicet, quilibet eorum duos denarios, obolum, et vnum quartū oboli, & vnū quartū pugelie, & vnū quartū decimæ partis oboli. Quartus vero dñs recipiet residuum dictorum nouem solidorum.

52 **E**t est sciendū, quod ista charta precaria semper debet firmari per dominum medium, qui est immediatus siue cors à cors cū emphyteuta vtili cui firmatur, nisi ipse dominus medius stet in nuda perceptione: quia tunc tali casu quibus aliqui notarij seruent

ordinem prædictum. Ego contrarium cen-
seo esse faciendum, quia in tali casu domi-
nus directus debet firmare ipsam chartam
precariam, & ista opinio est de mente con-
stitutionis R. Caroli nunc feliciter regnā-
tis in prima eius curia Barcinonæ. c. com
moltes vegades. & quauis pro ipsa charta
precaria non dentur, nisi nouem solidi de
iure municipali huius patriæ ex quadam
consuetudine valde frequentata, & ab o-
mnibus à longo et longissimo tempore ci-
tra approbata de iure tamen ciuili datur
vna quinquagesima ita tenet Iaf. in l. si. per
illum textum ibi, nisi quinquagesimā par-
tem pretij &c. c. de iure emphyteu. col. 121.
& Bald. in authentic. si quas ruinas. C. de
sacrosan. ecclesijs vbi dicit, quod pro di-
ctis renouationibus dari capofoldum &
Jacobin. de sancto Georgio in suo tracta-
tu feudorum in verbo quiquidem in ve-
stiti. nume. 58.

Nunc oportet reminisci eorum, quæ dicta
sunt supra in sexta cellula primæ principa-
lis quæstionis & in septima cellula vbi di-
ctum est quod quibus forenses, & extranei qui
habent prædia & honores, ac censalia
morabatorum intus ciuitatem Barcino-
næ & suburbia eiusdem illos, & illa ven-
dentes soluant sicut ciues & habitatores,
& eisdem ciuibus & habitatoribus sint si-
miles quo ad soluendum laudemium. Ta-
men si ipsi forenses et extranei habent præ-
dia & honores & censalia morabatorum
intra hortos & vinetum eiusdem ciui-
tatis si illa vendant tenentur soluere tertium

54 **S**implex siue directum, scilicet, de tribus
vnū quod est sex solidi & octo denarij pro
qualibet libra, prout supra probatum est.
Simili modo est dicendum quod si ipso-
renses & extranei habent prædia, & hono-
res in eisdem hortis & vineto de allodio
ecclesiæ si illos & illa impignorant aut spe-
cialiter obligant non soluntur sicut ciues et
55 habitatores Barcinonæ scilicet tertium medium
quintum sed tenentur soluere pro ipsa im-
pignoratione medium tertium simplex siue
directum totius quantitatis pro qua dicti
honores et prædia impignorantur prout di-
ctum fuit, & probatum in octaua cellula
primæ principalis quæstionis, quod qui-
dem medium tertium, est tres solidi & qua-
tuor denarij pro qualibet libra totius quæ-
sitatis pro qua impignatur.

Item

Item quibus ipsi forenfes, & extranei acquirunt prædia honores, & censuaria morabatorum existentia intra ciuitatem & suburbia Barcinonæ titulo lucratiuo nihil soluant tamen ipsi forenfes & extranei dicto titulo lucratiuo acquirunt prædia honores, & censuaria morabatorum existentia intra hortos, & vinetum Barcinonæ tenentur solueret medium tertium simplex siue directum, quod est tres solidi & quatuor denarii pro qualibet libra totius iusti valoris illius prædij siue honoris si ipsi forenfes sunt transuersales, vel extranei illorum à quibus acquirunt, prout fuit probatum supra in septima cellula primæ principalis quæstionis.

His præmissis, & repetitis insurgit dubium, quoniam modo debeat diuidi istud tertium simplex siue directum, quod debetur ex venditione vel alia alienatione titulo oneroso facta, & illud medium tertium, quod debetur ex spectata obligatione facta per forenfem & extraneum, & illud medium tertium quod debetur per extraneum & forenfem acquirentem honores & censuaria morabatorum existentia intra hortos, & vinetum titulo lucratiuo, cum isti casus non sequantur nec sequi possint diuisionem, quæ sit inter laicos de laudemis laicalibus cum sint de allodio ecclesiæ & cum non sequantur, nec sequi possint diuisionem, quæ sit de laudemis ecclesiasticis cum in sententia arbitrari ipsi extranei, & forenfes non comprehendantur, imò expressè excludantur à lege, & dispositione dictæ arbitralis sententiæ, vt in eadem sententia in ver. in præfenti autem sententia non intel-

ligimus rusticos & alios, qui non sunt ciues & habitatores dictæ ciuitatis neque vnquam inueni aliquam regulam textualem, neque doctrinam, quæ dicat qualiter in diuisione prædictorum sit procedendum & ob id super hoc puncto diu multum cogitauit, & quid agendum esset, incertus fuit donec similis facti contingentiæ mihi occurrat. Contigit enim quod Bernardus Fauals cultor de parochia sancti Martini de procurals, quæ est in vineto Barcinonæ successit domine Antonie Rogæ de parochia sancti Andrea de Palomario amita sue in quadam petia terræ sita in dicta parochia sancti Martini titulo lucratiuo. Et prædicta petia terræ tenebatur, & hodie

tenetur in dominatione media per magnificum Galcerandum Burgues & de sancto Clemente sub dominio tamen, & allodio præposituræ mensis Nouëbris canonice Barcinonæ. Et quia ex dicta successione, quia inter transuersales erat debebatur medium tertium, & medium laudemium fuit dubitatum, per aliquos super diuisione prædicti laudemij. Et ad decisionem prædicti dubij fuerunt applicati honores Gaspar Casfranquesa Ioannes Lunes Franciscus Louells Michael Mir iunior et ego et omnes in vnum concordantes fuimus opinionis & voti quod prædictum medium laudemium, & medium tertium diuiderentur æqualiter inter dictos dominos & sic fuit factum, me præfente, & vidente postmodum ego vidi, & legi quoddam publicum instrumentum venditionis factum de domibus, & terris quas habeo in dicta parochia per manumissores Romæ Messagerij cultoris de dicta parochia, quod fuit actum Barcinonæ sextadecima mensis Nouëbris anno à Natiuitate domini Mille simo trecentesimo septuagesimo octauo clausum siue subsignatum per discretum Franciscum de Letone notarium publicum Barci. in quo continetur, quod illud tertium totius pretij quod pro illa venditione dabatur diuidebatur inter Gulielm. dominum medium laicum, & procuratores pie elemosynæ cuius est allodium medio per medium siue æqualiter, & hoc verum est, quod in ciuitate minoris laudemia diuiduntur æqualiter inter omnes dominos, & ita prædictum in illa ciuitate. Ex prædictis colligo, quod in his casibus laicus in hortis, & vineto Barcinonæ est capax recipiendi pro laudemio ultra decimam partem non obstante priuilegio R. Pet. ij. supra in prima cellula primæ principalis quæstionis inserto.

Tertia principalis quæstio,
ex quibus contractibus debeat
retinere siue ius retinendi.

Summa capita.

1. *Retractio quid.*
2. *Retractus varijs ex causis deberi.*
3. *Retractus quando cognitus.*
4. *Retractus conuentionalis.*

- 5 Creditores in retractu qui potiores.
 6 Retractus ex rei natura quis.
 7 Fatica nomine quid est, a quo retinendum. 10. 20.
 8 Emphyteusim non, nisi data fatica, uendi posse.
 9 Triginta dies quando currant.
 10 Retractus tempus an mutabile.
 11 Emphyteusim passus sub stare.
 12 Retracturo domino quantum tempus dandum. 14.
 13 L. dudum. sensus. 16.
 14 Domino non semper deferri.
 15 Fatica quando postu uti dominus.
 16 Fatica cedi alienari que potest.
 17 Venditio cur fiat.
 18 Domino quando uendere non teneatur emphyteuta.
 19 Emphyteusis natura.
 20 Dominus cur ceteris preferendus.
 21 Emphyteuticari quibus debeat res.
 22 Species genere potior.
 23 Fatica quando debere incipiat.
 24 Fatica quando est ubi uti liceat 29. 50.
 25 Domino retinere que quis liceat.
 26 Emphyteuta quid preter dominus.
 27 Emphyteuticari magna paruo pretio posse.
 28 Feudum gratia.
 29 Retinere quid nequeat dominus.
 30 Contractus indiuidui uis.
 31 Pacta indiuidua.
 32 Fatica quando domino ea priuato in debet. 38. 39. 42.
 44. 45.
 40 Retinendi rem suam, pluribus uenditis, domino ius esse.
 41 Venditis pluribus quando una, an multiplex uenditio censenda, eiusque rei effectus. 43.
 42 Fatica quando renuntietur. 47.
 43 Tacere quando consentiat.
 44 Domino scienti quantum tempus currat.
 45 Faticam qui non promittant.
 46 Retentione uti uolens uenditionem an impediatur in pluri-
 bus 53. 54.
 47 Maiori parti standum.
 48 Iudex fortuna.
 49 Resilire a contractu intra dies fatica an liceat. 59.
 50 L. nemo sensus.
 51 Integra quando desinat esse res. 61.
 52 Presentari a quo debeant instrumenta. 63.
 53 Resilire a contractu quando non liceat.
 54 Fatica nomine quid retineri non debeat.



Lutissimi, optimi, ac omnipotentis Dei adiutus suffragio iam duas principales quaestiones absolui, Tertia nunc principalis quaestio tractanda se offert, scilicet, ex quibus alienationibus debeatur, seu competat retractus, fatica, siue ius retinendi seu prelationis, quod nos in praesenti patria fatiam appellamus dominis pro quibus res, que

alienantur, tenentur. Ad cuius declaratio-
 nem, & clariorem intellectum habendum
 est sciendum, quod isti retractus siue fati-
 cae siue ius prelationis ¶ aut retinendi ex
 pluribus rationibus debentur aut compe-
 tunt: nam aliquando retractus competit in
 vim statuti siue municipalis dispositionis,
 Sunt enim in multis mundi partibus com-
 plura statuta siue consuetudines prout fe-
 re in uniuersa Gallia in Italia & in pluri-
 bus locis quibus statuitur quod quando
 aliquis vendit aliquam proprietatem, siue
 praedium proximior agnatus, seu consan-
 guineus soluendo pretium quod ab alio
 extraneo datur potest retrahere rem illam
 venditam (idque intra annum, & diem. ca.
 constitutus. de resti. in integ.) & praefertur
 extraneo (De consuetudine Galliae vide
 Cassa. in consuetu. Burgund. tit. iij. de re-
 trait lignagier & N. Boer. in consuetu. Bi-
 turigum. eodem titu. & Andre. Tiraquel.
 in libr. de vtroque retractu) De isto autem
 retractu complures doctores in iure scri-
 bentes multa dixerunt & aliqui ex eis tra-
 ctatus de eo ediderunt ¶ qui quidem re-
 tractus fuit cognitus tempore veteris te-
 stamenti, ut Leuitici xxv. capitu. & Ruth
 iij. c. & Ieremie xxxij. cap. & contra hunc
 retractum, fuit edita l. dudum. C. de contra-
 hen. emptio. & uenditio & istum retractum
 non habemus in praesenti ciuitate nec in
 toto Cataloniae principatu, est etiam alius
 ¶ retractus siue fatica, quae dicitur conuen-
 tionalis, quando scilicet, aliquis vendit al-
 quam rem immobilem cum pacto, quod
 intra certum tempus aut quocumque
 voluerit uedens restituere pretium, quod
 possit recuperare praedium siue rem ven-
 ditam. & de hoc fuit dictum supra in de-
 cima cellula ¶ Est praeterea alius retra-
 ctus, quando, scilicet debitor vendit ali-
 quam rem, tunc creditores praefertur
 aliis, qui non sunt creditores, & qui cre-
 ditor est maioris summae praefertur cre-
 ditori minoris summae. Et de isto retractu,
 siue iure retinendi est text. in l. j. ff. de pri-
 uilegiis creditorum & ibi Bart. & de isto
 retractu nihil ad istam materiam. Et, omnis
 ¶ siue alius, est quidam alius retractus, ¶ qui
 competit ex natura, seu qualitate rei, puta,
 quia feudalis, vel emphyteuticaria est &
 de isto retractu siue fatica est nostra ma-
 teria in hac tertia principali quaestione.

Propterea est sciendum, quod quando emphyteuta vendit rem, quam tenet sub dominio & alio dno alicuius domini directi, seu sua melioramenta dominus directus ipsius rei potest eam retinere iure facta
 7 Thue praelationis, & recuperamenti, siue recobrii, soluendo emphyteute vendenti, quantum ab alio ei datur. probantur per l. fin. C. de iure emphyteu. vers. si quidem dominus maluerit, & in c. potuit, extra de locato. & in c. j. §. porro qualiter olim feud. alien. pot. & ibi Bald. & Card. Alex. post Aluarot. & text. & qua notant Barto. & Lucas de Pen. in l. j. C. de metallis. & metal. libr. xj. & ob id si emphyteuta vult vendere ius suum emphyteuticum seu sua melioramenta non potest vendere, cui vult,
 8 nisi prius data facta siue retractu triginta dierum domino allodiali, & directo per quos ipse dominus debet expectari, an ipse dominus directus vellet emere pro illo pretio, quod ab alio inuenitur. & hoc est etiam de iure municipalium huius principatus Cataloniae per constitutiones domini Regis Petri tertij cap. ij. Item ne super laudemio in verbo instantis curiae Ceruarie & ibi Thom. Mieres & textus, & ibi Ioannes de Succarra, in commemo. Petr. Alber. c. cautum. et in privilegio recognouerunt proceres, concessio civibus & habitatoribus Barcinonae c. item si emphyteuta vendit & idem Ioannes de Succarra, in dictis commemo. c. item est consuetudo & in sententia arbitrarij lata inter clericum et civem Barcinonae per dominum Regem Iaco. ij. & Episcopum Valentinum super solutione laudemiorum in vers. declaratis no res menys, & text. in iplis commemoratio. c. si aliquis habet hominem siue vassallum §. item non potest vassallus. & in c. ite vassallus habet in vers. item vassallus non potest vendere & in pluribus vsantibus scriptis Barcinonae & de hac facta siue iure retinendi non solum in presenti principatu sed per totam ferè rempublicam Christianam solum expressè pacifè in instrumentis
 9 concessionum in emphyteutis & isti triginta dies ineipiunt currere à tempore quo dominus sciuit venditionem fore per se & infra quos dominus directus retinere volens debet offerre & consignare pretium quod ab alio datur pro ipsa re vendita. Ita in terminis tenet Thom. Mieres in consi-

tutione R. Pet. ij. c. ij. Item ne super laudemio. fo. 164. col. iij. et hoc si dominus scit
 10 quantum est pretium si autem sufficit domino retinere volenti offerre, & consignare tantam pecuniam quantitatem, quae videtur esse pretium rei iuxta communem aestimationem cum protestatione quod si pretium erit maius, quod ipsum supplebit, ita tenet Boerius in consitu. Bitunigum in ti. de consuetu. retractus. §. iij. & facit l. statuliberationum. ff. de statu liberis. què text. induxit Ange. in l. iij. §. ait. ff. de re iudicata. qui etiam allegat l. seruus si heredi. §. ff. de statu liber. & vt habeant istam notitiam sufficit, quod ipsi domini sint certificati per obligationem instrumentorum de alienatione factorum, vel quia iam, aliàs ad eorū peruenerit notitia ita tenet la. de Calicio in vsa. caslani fo. 83. col. iij. & probatur per gloss. in l. emptor fundi. §. de euitio. & laius per l. j. ff. de actio. empti & venditi, puta per receptionem celsuum, aut aliorum iurium per multos annos sed an habeat dominus xxx. annos videatis notata per docto. practicos in dicto vsati. caslani, & signanter per Iaco. de Calicio foli. 84. col. ij. vbi haec latius habentur, & Ioannē de Succarra in c. cautum pa. 559. num. 14.
 11 ¶ Et istud tempus intra quod dominus est admittendus ad retrahendum (secundum quosdam) possunt partes pro libito voluntatis prorogare, vel abbreviare cū nullus sit contractus qui magis sit capax pactorum quam hic contractus emphyteuticus
 12 cuius ¶ natura consistit in pactis, vt dicit dominus Calderi. in consil. vij. titu. de feudis. & Cardinal. Alexan. in capitu. j. quo tempore miles inuestituram petere debet et Boerius in consuetu. Bitunigum titu. de consuetudi. feudi & censual. §. v. alij dicunt quod non potest abbreviari aut prorogari & ita tenet Alexan. in consil. 14. libr. iij. si dictum tempus sit à consuetudine inductum nam consuetudo habet vim pacti vt tenet Boerius in dictis consitu. Bitunigum eodem titu. §. j. & clarius Bal. in consil. 250. quia statuta insunt contractibus ac si expressè expressè in pacto deducuntur vt in l. fundus. ff. de euitio. quicunque enim quis sub lege viuat secundum illam legem contrahere videtur vt ff. de pactis. l. si vnus. §. quando. ¶ de iure autem ciuili domino retrahere volenti dantur duo menses vt in l.

- fin. C. de iure emphyteutic. & ibi gloss. & in cap. potuit extra de locato. & ibi Abba. Panor. & dictus Petrus Iacob. in tractatu libellorum in libello de actio. in re pro re emphyteuti. quæ cecidit in commissum & hæc probantur a omnibus. et per nostros doctores practicos in vsatic. si quis suum
- 14 feudum. ¶ de iure autem constitutionario Cataloniae & localium Barcinonæ dantur xxx. dies vt in sententia arbitrarij. & alijs iuribus supra allegatis & sic stat firmum qd emphyteuta vendere volens tenetur prius denuntiare domino hoc effectu vt si ipse vult emere. cæteris præferatur. Nec obstat l. dudum. C. de contrahenda emptione &
- 15 vendi. ¶ in qua dicitur quod vnusquisque potest vendere rem suam cui vult reprobata lege quæ cogebat vendere rem confortibus agnatis seu cognatis quia dicta l. dudum. intelligitur ¶ in rebus allodialibus a dominio alterius non dependentibus in quibus nullum alium recognoscimus nisi Deum. non autem in bonis feudalis. vel emphyteuticarijs vt in d. l. fin. C. de iure emphyteutic. & ibi in dicta l. dudum. in glo. & in iuribus municipalibus supra allegatis & in gloss. in vsatic. si quis suum feudum fol. 85. colum. ij. in qua dicitur quod siue dominus retinere velit rem ad proprios
- 16 vsus siue non ¶ quod semper est ei defendendum. De isto etiam iure retinendi siue prælationis loquitur latius Petrus Iacob. in libello supra allegato & Iaso. May. in dicta l. fina. supra allegata nune. colum. 116. & dictus Ioannes de Succarra. in capit. cautum. in commemo. Petr. Albert. & Iacob. Marquel. in vsatic. si quis suum feudum fo. 110. colum. j. versicul. xj. & Ioannes Belliaga. in suo Specul. fo. 181. in prima pagi. & in c. j. §. porro qualiter olim feudum alienari poterat. & Cassaneus in consuetu. Burgun. fo. 149. co. j. in verbo retenuè. vbi dicit quod istud ius non potest alteri cedi: cum quo concordant notata per Guido. Papam in q. 411. & per Præpositum in dicto c. primo qualiter olim feudum alienari poterat. De ista fatica siue retractu habetur in d. constit. R. Pet. iij. c. iij. item ne super lau demio & in priuilegio recognouerunt proceres. c. lte si emphyteuta vendit. & in sententia arbitrarij ibi data fatica xxx. dierum & in pluribus vsantijs scriptis Barcinonæ secundum quas non est dubium. qd
- 17 dominus ¶ possit vt fatica siue iure prælationis tam ad suum proprium vsum quam ad vsum alterius scilicet illam alteri concedendo & signanter per vsantiam decimo octauam incipiens. & iste talis potest ad opus sui retinere. vel alij concedere & in quibusdam alijs vsantijs scriptis Barcinonæ tamen vidi ego quandam consuetudinem Episcopatus Gerundæ cuius tenor talis est. Item est consuetudo. quod si rusticus vendit aliquid vel possessionem quod dominus pro quo tenetur talis possessio non potest ibi illam retinere nisi illam velit ad proprium vsum retinere & a contrario sensu istius vsantie potest dici quod in
- 18 alijs partibus Cataloniae ¶ est cessibilis fatica & sic in villa de sylua campi Tarraconeg fatice siue ius prælationis quotidie venduntur & emens illius vigore obtinet acquisitionem fundi. seu prædij venditi vt latius in quarta quaestione. & de hoc vide Andream Tiraquellum in libro de vtroque retractu intitulato. & ista quaestio. an fatica possit cedi. an nõ semper fuit visa mihi inutilis: quia casu. quo dominus non possit cedere extraneo fatiam istud verum
- 19 est. ¶ quod potest retinere rem penes se iure refatica siue prælationis. & retinendo consolidatur vile dominium cum directo. & postea poterit illam rem concedere in emphyteulum illi cui volebat concedere fatiam & in hoc non videtur fieri quid illicitum: nisi forte opponeretur de doctrina Bald. in l. si. C. sine censu. vel reliq. vbi tenet. quod illud quod vna via prohibetur alia non conceditur. facit quod dicitur in clemen. j. de regu. iur. vbi dicitur. quod illud. quod non licet nomine meo proprio non licet alieno. Et ratio. quare dominus cæteris præferendus est: dicunt doctores quia emphyteuta vel vassallus habet a domino directo causam. rationi ergo congruit. vt ipse dominus omnibus præferatur vt in l. congruit. C. de loca. prædij. ciuil. libro xj. & eo præsertim cum venditio
- 20 ¶ fiat propter habendum pretium & non interest emphyteute a quo illud habeat l. numis. ff. de in litem iuram. imo melius est emphyteuta quod illud habeat a domino quam a quocunq; alio extraneo: quia cum ipsum habeat a domino illud habet sine diminutione quinquagesimæ ita probatum extitit. in præcludis in §. præmitto præterea quod

quod per l. fin. & maxime in presenti ciuitate hortis, & vineo Barcinonæ ubi virtute statutorum venditor de pretio, quod habet tenetur soluere laudemium, vt fuit probatum supra in præluibus in §. præmitto vltimo loco. Et in tantum hoc verum est, quod si emphyteuta inuenit xx. libras vel vendit pro viginti libris dominus di-

22 rectus retinere volens non ¶ vult dare: nisi xv. libras quia dicit id esse verū, & commune esse pretium rei, emphyteuta non tenetur ei vendere, seu rem dimittere. & ita tenet Salic. in l. fi. C. de iure emphyteu. & idem tenet Iaf. May. ibi col. vij. ver. vij. qui allegat Bald. id tenentem in l. ij. in fi. C. de rescinden. vendi. idem tenet Salic. in l. dudum. C. de contrahen. empr. Angel. & Pau. de Cast. Ioan. de Imol. & Alexan. ibi col. penult. versic. quarit hic in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de verb. oblig. & Boerius in consueta. Biturigū. sub rubrica, de retractu generis §. j. Præterea de natura feu-

23 di, & emphyteutis est ¶ quod per ius retinendi res ipsa redeat ad suam primæuam naturam, vt in e. cautum. in commemorata. Per. Albert. & arg. l. si vnus. ff. de pactis. & ad istud illa lex tota dicit allegatur, & ibi Bal. et Iaf. May. in quarto notabili, & tex. in e. ab exordio. xxxv. distin. & ibi gl. quæ dicit, quod non fit iniuria rei si restituitur ad pristinum statum, & quod res de facili redeat ad suam primæuam naturam tenet Abbas Panor. consilium xxv. versic. sed & hoc non obstante. adde text. formalē in l. si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis.

24 Nam ¶ vtile dominium, quod habet emphyteuta exiuit à directo dominio voluntate domini directi. Conueniens ergo est, quod dominus habeat faticam, & cæteris alijs præferatur, saltem de iure consuetudinario Cataloniae, vt dicit dictus Ioan. de Succarrz. in commento. P. Albert. allegato e. cautum. & ad hoc bene faciunt notata per Bar. in l. j. in finalibus verbis. C. de metal. & metalla. lib. xj. per illum enim text. notat Bart. quod si colonus vult vendere fructus perceptos ex fundo per eum conductio debet prius videri domino, quam alij cuiuscunque iusto pretio. Præterea videmus in hisco, quod si habet rem communem cum alio si eam vendere vult debet prius socium requirere antequam alij vendat. ita tenet Bal. in l. ij. C. de communium

rerum alienatione. & Bart. in l. j. in fi. ff. de priuileg. creditur. & idem Bart. & Ang. in l. j. §. permittitur. ff. de aqua quou. & aliter per illum text. cum gl. dicunt quod quando finita est emphyteus per generationē finitam & dominus vult in emphyteu. m-

25 concedere ¶ quod tenetur potius concedere illis de contrata, & de illamet generatione quā alijs penitus extraneis. videatis Pau. de Cast. consil. xxxij. lib. & Franciscum Curtium. in consil. xlvij. col. ij. circa medium, & in tantum hoc est verum quod dominus debeat præferri, quod vt tenet Iaf. May. in l. fi. C. de iure emphyteu. & Bal. in l. Imperator. ff. de pact. si statuto aut consuetudine sit cautum, quod volens vendere domum teneatur vendere prius consanguineo vel coniunctæ personæ & ad istam emptionem cōcurant dominus directus rei emphyteuticaria, & etiā consanguineus, vel coniunctus quod per text. in dicta l. fi. C. de iure emphyteu. dominus debet præferri non obstante dicto statuto, vel cōsuetudine: quia statuta recipiunt interpretationem examinatiuam, declaratiuam & expositiuam à iure communi, vt in l. ij. iuncta glof. C. de noxali. & hoc tenent Guilel. de Cuneo. Alberi. de Rosa. Raymond. de Forli. & Bal. & Ang. in l. Imperator. la. ij. ff. de pact. Bart. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & Cal. super vfa. in pluribus locis, & signanter super vfa. si quis suum feudum. fol. 92. & fol. 92. col. iij. & est ratio quia consuetudo generalis vt admittatur proximior non vincit legē specialem quia dominus ex l. speciali ¶ retinet, scilicet l. fi. C. de iure emphyt. & species non derogat generi, vt in l. cohæredi. §. qui primum. ff. de vulga. subtit. & regula generi. Et hoc tenet Bald. consil. 250. libr. ij. Et hoc ita intelligo, nisi consuetudo expressè præferret consanguineum. Restat ergo quod dominus directus cæteris alijs emporibus est præferendus, si pretium quod ab alio inuenitur dare voluerit. Et prædicta fatica, siue iure retinēdi potest dominus vt vt tenet dictus Petrus Iacobus in libello de actio. in rem pro re emphyte. quæ ceci. in cōmissum. In venditionis contractu, quia ibi in dicta l. fin. C. de iure emphyteutico de eo expresse fit mentio. Et hoc ita intelligendū est si partes seu eorum altera præsentauerint instrumentum vendi

tionis aut alterius alienationis ex quo com-
 petit fatuca domino, vt in eo consensum
 27 suum adhibeat, nam tunc potest instrumento-
 rum presentationem incipit competere
 ius fatucandi, seu vtendi fatuca, & non ante
 ipsam instrumentorum presentationem,
 ita tenet dictus Petrus Iacobus in libello
 supra allegato in vers. item a secunda atte-
 statione. & communiter Doctores in l. ab
 emptione. ff. de pact. & Ioan. de Succarra.
 in commemorata. Pet. Albert. c. cautum. &
 Boerius in consuetu. Biturigum in titu. de
 consuetu. reth. rerum feudarum § ij. nam ante
 instrumentorum presentationem re existen-
 te integra partes possunt legis autoritate
 communi consensu resilire contractum re-
 bus sic stantibus, vt in l. ab emptione. ff. de
 pact. & in l. j. & ij. C. quando licet ab em-
 ptione discedere. & vide, quae supra nota-
 ta sunt in prima principali questione, in
 xij. cellula vbi agitur, ex qua possessione
 debeatur laudemium duplicatum, & ra-
 tio est vt dicit dictus Petrus Iaco. in dicto
 libello: quia contractus nudus a traditione
 non est prohibitus, tenet etiam Bal. in tit.
 quibus modis feudum amittatur. ca. aut si
 libellario. & faciunt notata per eum in §
 deniq. quae sit prima causa beneficij amittendi.
 cap. j. de prohibita feudi aliena. per
 Lota. & in cap. j. eod. titu. per Federi. tenet
 etiam Sali in l. ij. C. de iure emphy. & vt di-
 cit Petrus Iaco. in libello supra allegato. non
 est statutus aliquis terminus intra quem
 prima attestatio post celebrationem contra-
 ctus communi partium consensu seu ipsa
 instrumentorum presentatio possit, & de-
 28 beat fieri. Itē potest vt fatuca, seu iure pra-
 lationis illam tamen alteri concedendo, &
 non ad opus retinendi. In contractu con-
 cessionis in emphyteulim siue stabilimen-
 ti, quando contingit, quod primus emphy-
 teuta aut alius deinceps vult rem alteri sta-
 bilire, seu in emphyteulim cōcedere; quia
 in dicto contractu transfertur dominium,
 vt notatur ff. de acquirenda possessione.
 l. si quis ante. & quod possit vt fatuca alteri
 concedendo, & non sibi retinendo, pro-
 29 batur per vsantas scriptas Barcinonae. ca.
 13. & ca. 23. & per consuetu. R. Caroli. cap.
 item com moltes vegades suae primae cu-
 riae Bar. Item in contractu do vt desit res
 29 debeat dari pro certa pecunia numerata,
 nam licet non sit venditio vt ff. de condic.

causa data. l. fin. Item si res detur pro pecu-
 nia numerata, quod potest accidere, et eue-
 nire, vt C. de euictio. l. si praedium. Item si
 res detur ex causa transactionis, accepta pe-
 cunia numerata, quantum hoc casu Cassa-
 neus in consuetu. Burgund. fo. 34. col. j. in
 fine, qui allegat l. si profundo. C. de trans-
 actionibus. & ibi Barto. dicat, quod domi-
 nus in dicto casu transactionis priuatur fa-
 tucā, siue iure retinendi. Item, quando res
 debet dari pro certa mētura bladi, vel pro
 certo pondere olei, aut alterius rei recipien-
 tis functionem in suo genere, sicut pecu-
 nia numerata, vt ff. de rebus creditis. l. ij. nā
 tantum valet emphyteuta illa recipere a do-
 mino volente ea dare sicut ab alio extraneo
 30 ¶ & sic in praedictis casibus dominus pote-
 rit rem retinere pro eodem pondere, nu-
 mero, vel mētura: quia in illis est eadem
 ratio, ergo idem ius. argu. l. fin. C. ad leg. fal-
 cidiam. Item ratio diuersitatis bono modo
 reddi non potest: ergo sit idem ius argu. l.
 a Titio. ff. de verb. oblig. Item in quocunq;
 contractu alienationis, in quo sine incom-
 modo emphyteuta dominus poterit pra-
 31 stare ipsi ¶ emphyteuta illud, quod alius
 pro illa alienatione praestat, quod incom-
 modum inspicit illa l. fin. C. de iure emphy-
 teutico. ibi dum dicit, & ex hoc cōmodo
 emphyteuta deperat, & facit l. ij. §. item
 varus. ff. de aqua pluuiā arcē. In isto enim
 contractu emphyteutico magis inspicitur
 commodum emphyteuta, quam domini.
 Et ratio est, quia dominus non celebrat
 hunc contractum ratione sui cōmodi prin-
 cipaliter: quia sepius contingit, quod
 pro parua pensione conceditur in emphy-
 teulim, res quae est magni valoris, nec in
 hoc contractu habet locum l. ij. C. de rescin-
 den. venditio. nec cap. cum dilectus. nec ca-
 pi. cum extra. de emptione & venditio. nec
 gloss. sibi posita, ita tenet Spec. in tit. de em-
 ptio. & vendi. §. nunc videndum. ver. quod
 de concessione in emphyteulim. & Bald.
 in rubri. C. de iure emphy. in versic. quare
 an valeat instrumentum. & pro hac opinio-
 32 ne facit illa ratio ¶ quod res magni valoris
 potest dari in emphyteulim pro parua pen-
 sione, etiam citra dimidiam iusti pretij siue
 valoris, eo quia emphyteuta obligat se per-
 petuo ad solutionem canonis, etiam si res
 perierit pro maiori parte, & ad haec vide bo-
 num tex. in §. dudum. in authē. de non alie-
 nando

- nando. Imo vt dicit Iaf. May. in l. j. in prin-
ci. C. de iure emphyteu. ex quo partes rem
digniore minorē penſione ſcienter con-
cedunt in emphyteulim donare videntur,
& propterea dicit Spec. in titu. de feud. §.
nunc videndum. verſic. fed tantum quid.
- 33 T quòd feudum ſapit naturam gratiæ cu-
iuſmodi eſt etiã emphyteuſis, quia in plu-
ribus parificatur, vt tenent Doctores, &
propterea dicta l. ij. C. de reſcinden. vendi.
In contractu emphyteutico non habet lo-
cum. Attamen Bald. in d. l. & etiã. in ca-
cum cauſam, quæ inter æconomum. extra
de reſtitutio. ſpoliato. & Ange. in l. de qui-
bus. in vj. col. circa finem. ff. de legi. tenent
contrarium, ſed eorum opinio non tene-
tur, & ſic magis inſpicitur cõmodum em-
phyteutæ, quã eius domini rationibus
prædictis. Et nota quòd Doctores in plu-
ribus locis dicunt, quòd quando quiſvni-
ca emptione, & vnico pretio emit plures
res, ſiue plura tenementa, quæ ſunt diuerſa
- 34 allodia dominus vnus rei tñ potest rem
quæ ab eo tenetur penes fe retinere iure fa-
tica ſiue prælationis, & hæc probantur per
l. quòd autem. & ſequen. & l. quòd ſi vno.
ff. de in diem. addit. & in l. cum euſdẽ. ff.
de ædilitio edicto. & ratio dicta l. cũ euſ-
dem. eſt, quia manifeſtum eſt emptorem,
& venditorem velle contractum in omni-
bus rebus tenere tñ contra non eſt præſumẽ-
dum, quòd totum emeret vt haberet par-
tem tantum, & ſuper ijs vide Iaf. May. in
l. ſtipulationes non diuiduntur. in repeti. nu-
me. 20. & 21. Aliam rationem affert Guido
Papæ in decifio. q. 508. ſcilicet vnitatẽ con-
tractus, qui non recipit diuifionem, vt in l.
ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb.
oblig. quem ſecutus eſt Caſſaneus in con-
ſtit. Burgum. in tit. des cens. fol. 348. ad hæc
facit l. an pars. ff. pro derelicto. & l. quidã
euſlogio. C. de iure delib. erandi. & l. legata-
rius. ff. de lega. j. & l. ſi duos. ff. de contra-
hen. emptio. & vendit. vendere enim cum
- 36 ſit factum non eſt quid diuiduum ſed in-
diuiduum, & ita tenet Bart. in l. cui vſufru-
ctus. ff. de vſufuctu lega. qui allegat gloſ.
magnam in l. certũ cõdictio. ff. ſi certum pe-
tatur. & quòd vendere, & venditio ſit fa-
ctum probatur per l. conſilio. ff. de curato.
ſurioſ. & facta non diuiduntur, vt tenent
communiter Doctores in dicta l. ſtipula-
tiones non diuiduntur. & credo, quòd ſit
- 37 verum tñ quòd in tali caſu dominus non ha-
bet faticam, & arguo de l. inter dum. ff. de
aqua pluuiã aren. à cõtrario ſenſu vbi ca-
uetur, quòd ratione adiuncti conceditur,
quod ſimpliciter non concederetur, & ſic
econuerſo fatica, quæ ſimpliciter concedi-
tur ratione adiuncti denegatur, nec enim
- 38 equum tñ eſſet, quòd vnus dominus vtere-
tur fatica retinendo partem meliorem ali-
cuius tenementi, ſiue prædij coniuncti, ſeu
coniuncti cum aliquo prædio minus vtili,
& prædium minus vtile remaneret empto-
ri, quia ſepius aliquis emit prædium inuti-
le, vt habeat prædium vtile cui cõmiſtum
eſt, & annexum. probantur per l. fundus.
ff. de contrahen. emptio. & vendi. quòd ven-
ditor in venditione grauatur niſi in toto te-
neret venditio: & ratio eſt, vt dicit Bald. in
l. j. C. communi diuiduum. quia totũ plus
attimatur, quã pars idem dicit Barto. in
l. cui vſufuctus. ff. de vſu legato. vbi dicit,
quòd res non affert tantã vtilitatẽ in par-
te reſpectu partis, quã tam in toto reſpectu
totius nec obſtat l. cui vſufuctus ratio-
nis, ibi per Barto. adductis. Et ſic ne em-
phyteuta damno afficiatur congruum eſt
- 39 vt dominus priuetur fatica, ſi iure reti-
nendi, quæ ei debetur, quando non verti-
tur damnum emphyteutæ, & non alias, vi-
de Alberi. de Roſa. in l. ſi duo patroni. ff. de
iure iuran. & laf. in l. fin. C. de iure emphy-
teu. & quæ infra hæc eadem quaſt. dicun-
tur circa cõmodum emphyteuta. Et ex
præmiſſis poteſt dici contra aliquos tabel-
liones, qui in ſimilis contingentiã facti fa-
ciunt plura inſtrumenta, ſcilicet, vnum de
vno quoque allodio ſiue tenemento diui-
dendo pretium, prout ſibi inſtrumentũ vi-
detur in ſingulas res, quod non ſolum non
laudo, ſed vitupero. Imò grauiter impro-
bo, quia cum inter contrahentes de omni-
bus tenementis ſit actum vnico pretio ipſi
tabelliones ipſum diuidere nõ debent, quia
parant, & aperiunt viã litibus, & cõtro-
uerſijs, quoniam tunc quando venduntur
plures res ſiue tenementa, quæ ſunt & mo-
uentur de diuerſo allodio ſi pretium diui-
ditur in ſingulas res non eſt dubium, quin
- 40 dominus poſſit ſuã rem tñ qua de allodio
ſuo eſt retinere, & etiã rem qua non eſt
de ſuo allodio relinquere, & hoc non ſo-
lum, quando in vno contractu ſeu inſtru-
mento venditæ ſunt plures res pretijs in ſin-
gulas

gulas res designatis, vt si dicatur pro domibus viginti, & pro fundo viginti censeantur esse plures, & diuersæ venditiones, vt probat dicta l. cum eiusdem. & dicta l. si plura. ff. de ædili. edict. & l. quod sape. §. vlti. ff. de capt. & postlim. reuer. cum multis similibus. Sed etiam quando venduntur plures res vnico pretio, quod postea in eodẽ instrumento seu contractu in singulas res diuiditur, verbis gratia, vendo domum & fundum ducentis libris, scilicet domum centum quinquaginta libris, & fundum quinquaginta libris, nam & isto casu censebuntur esse plures venditiones, vt vult gloss. in l. ædiles. §. si plura. & iterum in glo. sequẽ. & in §. vlti. & in glo. vlti. ff. de adilitio edicto. & Bart. in sua disputatione incipiente publicanus, quare de omnibus proprietatibus vnum instrumentum faciendum est cum vnico pretio in singulas res non diuiso, & ita fecit ego in emptione, quam fecit discretus Antonius Segarra notarius ciuis Barcinonæ de domibus sitis in vico quod dicitur à platea noua ad cucurellã, quas emit in posse meo pretio sexcentarum librarum monetæ Barcinonæ quitfarum à laudemio in quibus cum sint tria allodia vel quatuor de omnibus alio dijs vnum feci instrumentum duntaxat cum vnico pretio non in singulas res diuiso, licet notarius in cuius posse venditor prædictas domos iam tunc vnitas emit fecerit, de vno quoque allodio vnum instrumentum ad partem cum diuisione pretij in singulis alio dijs. Eodẽ modo, vt ego feci, postea vidi fieri per Franciscum Iouells, & Petrum Iouells notarios Barcinonæ in emptione, quam fecit magnificus Petrus Gort, l. v. d. ciuis Barcinonæ, de quibusdam domibus sitis in vico vulgo dicto, deu Tremolet, qui transit coram domibus honorab. consilij communis presentis ciuitatis Barcinonæ, quæ cum sint duo allodia, non fecerunt, nisi vnum instrumentum. In quo ego certis de causis interueni, & ita fieri vidi, & ita esse faciendum, si partes contrahentes non diuidant pretium in singulas res. Et tunc dominus ¶ non potest vti fatuca, seu iure retinendi rationibus supra adductis, nisi prædicta fierent data opera, & consulto ad priuandum dominum fatuca: quia tunc esset. Nec obsat, quod quis possit dicere, quod pretium necessario est diuidendum, vt possit commodè solui lau-

demium vnique domino, quia illa diuisio vt commode laudemium soluatutur est facilissima, & potest fieri extra instrumentum, illo & eodẽ modo, quo fieret, si herent plura instrumenta aut si pretium diuideretur in singulas res ad hunc effectum, tantum vt laudemium commode soluantur, & in ista diuisione non vertitur interesse dominorum, & si vertatur est modicum interesse, & quod parum, aut modicum est pro nihilo habetur, arg. l. fructus. ff. soluto matrimo. & de hoc est text. in l. res bona fide. ff. de contrahen. emptio. & glo. in ca. propter. extra de locato, & conduct. Et si diuideretur pretium in instrumentum faciendovnum instrumentum ¶ de vno quoque allodio cum suo pretio, aut si fiat vnum instrumentum pretio in singulas res diuiso aliquis ex dominis possit vti fatuca retinendo rem meliorem: rem verò minus vtilem relinquendo, quod esset maximum damnum emphyteutæ vendentis eò præsertim, quia si sunt vrbana prædia in diuisione illa possunt recipere maximum læsionem, & sic emens possit abstinere, & vendens maximo damno afficeretur. Si verò sunt prædia rustica parietibus clausa essent aptenda, & deteriorarentur, & emphyteuta damnificaretur, cuius commodo potius est consulendum, quam dominis, quia text. l. in. C. de iure emphyteu. non facit mentionem nisi de commodo emphyteutæ: ibi & ex hoc commodo emphyteutæ deperat. Et quauis præmissa vera esse credã nihilominus sunt aliqui qui nõ credunt habere locum in feudis, & in emphyteusi in quibus, quanuis plures res vendantur vnico prædio, & vnico instrumento sine contracta adhuc putant dominum alodialem rem, quæ ab eo tenetur posse retrahere, alioquin ius domini posse illi auferri faciliter factò contrahentium miscendo aliquid etiam minimum, quod non esset in suo feudo vel emphyteusi, quod fieri non debet. §. sed non solum. in authent. de nuptijs. neque enim alteri per alterum debet, iniqua cõditio afferri. l. non debet. ff. de regu. iur. & ibi concordã. Secus esset, si omnes res teneretur ab eo, & vellet vnam rem tantum retrahere, & aliam dimittere: ¶ quia tunc non possit, mihi autem prior opinio placet plus, & pro ea sunt notata per Bal. in tractatu Protomisecos, in materia iuris congrui. nu. 20. et 21. & pro ea sunt plures

uilegio recognouerunt proceres. cap. item cōcedimus capitulū. quod aliquis nō vendat, in quo hoc expresse cauetur, & sic laici dicto priuilegio prohibente, non possunt promittere alicui certæ personæ, seu dare dictam fatiam, quod capitulum seruatur in ciuitate Barcinone, prout dicit dominus Thomas Mieres in constituto. als scandols. fo. 112. colū. j. in fine. dicens, quod ita vidit practicari in regia audientia pariter ecclesiastici siue personæ ecclesiasticæ, quæ laicorum statuta non tenentur, præsertim preceptiua & archaica, quoniam non ligant clericos etiam si talia statuta cōcernant eorum fauorem, vt dicit Lopus allega. 100. & Gemina. in ea. fin. in princ. de officio delegati. in vj. & Alexā. in consil. 200. penul. col. lib. ij. & sequen. in j. col. quāuis sit certum, quod ecclesiastici in omnibus capitulis dicti priuilegij seruent ipsum adhuc
 51 non possunt ꝑ promittere dictam fatiam, & si promittunt habetur pro non promissa virtute cuiusdam cōstitutionis synodalis, quæ est tenoris sequentis. Subijcitur aliā cōstitutionem iuratum dicti domini Pontij Episcopi prædecessoris nostri de gratijs seu remissionibus laudemiorū pro iuribus ecclesiasticis debitorum non faciendis, cuius tenor talis est, Nos Pontius Dei gratia Barcinonēsis Episcopus de expresso consensu, & voluntate venerabilis capituli nostri, ordinationem dudum per nos factam super gratijs, & remissionibus certæ quantitatis, seu quantitatis perceptionis laudemiorum, iuxta sententiam arbitralems illustrissimi domini Iacobi inclytæ recordationis Regis Aragonum, & reuerendi Patris domini Raymūdi, quondā Episcopi Valētini per personas ecclesiasticas nullatenus faciendis cōfirmantes, & etiam approbantes, statuimus quod nulla persona ecclesiastica habens ratione beneficiorum suorum honores, censualia, & possessiones in ciuitate Barcinonæ, et eius suburbijs seu hortis, & vineto eiusdem debeat seu possit aliquatenus facere gratiam vel remissionem aliquam per se vel per alium directē vel indirectē, seu quocūq; alio quæsito colore alicui cui Barcinonæ de aliqua quata parte, seu partibus in dicta sententiā arbitrali pronuntiatu seu declaratis, & sub nomine eiusdem declarationis seu pronuntiationis pertinentibus circa perceptionē lau-

demiorum de vēditionibus stabilitimentis, & alijs alienationibus, quæ de dictis honoribus seu possessionibus de cætero fient, vel de eadem gratia seu remissione facienda aliquam certam spem sub quacunque forma seu expressione verborum eiusdem contrahentibus dare seu promittere quocumque modo imo super prædictis omni gratia & remissione exclusis iuxta præfatā sententiam teneantur integre laudemium percipere & habere. Adijcitur, quod nulla, tenus concedantur per se seu alium seu alios nec cōcedere possint alicui personæ etiam non ciui, quod incātando publicē promittendo secretē seu aliās quocūque quæsito colore aliquam spem de fatia concedant vel de eadē spem dent modo aliquo quousque instrumentum contractus eiusdem fuerit presentatum, aliās tales cōcessiones & contractus exinde secuti nullius sint momenti cum has gratias, & cōmissiones seu cōcessiones ex aliquorum praua intercessione in lesionem ecclesiæ fore retortas experimēto didiscimus ab antiquo Pōtius secundus Episcopus Barcinonæ, qui aliās dicebatur Pōtius de Gualba fecit dictam cōstitutionem, quam postea Franciscus Clemēs Patriarcha eius in episcopatu Barcinonæ successor confirmauit in duodecima cōstitutione generali, incipitū omnia quæ possunt, ecce qualiter in fine dictæ generalis cōstitutionis est expressum decretum irritans factum contra dictam cōstitutionem. Ex quibus clare patet qualiter ipsa fatia ante presentationem instrumentorum nō potest alteri certæ personæ promitti verum est tamē, quod potest promitti, quod qui habebit hastam habebit fatiā sic in genere promittendo ita expresse tenet Thom. Mieres in cōstit. R. Ferdinandij. cap. xvj. als scandols. fo. 111. col. 2. & sic per prædicta duo statuta laicorum & clericorum prohibētia fatiam ante instrumentorum presentationem promitti aut de ea spem certam dari est vtiliter cautum venditoribus, quoniam sic maiora pretia intenuitur, quā si ipse fatiæ possent dari, nec obstat, quod quotidie in Albaranis, quæ traduntur Curritoribus publicis Barcinonæ pro honoribus vendendis apponitur subscriptio per dominos directos, & mēdios dicēdo, quod qui habebit hastam habebit fatiam, quia dicta subscriptio nō est promiss

promissio fatica, sed est promissio de non
 vrendo fatica de supra inserta synodali cō
 stitutione meminit Ioannes de Succarratis
 in cōmemorationibus Petri Alberti. cap.
 cautum. Præmissis addo quandā quæstio
 nem, quæ quotidie de facto contingit, quæ
 licet in iure sit satis desula, tamē vt hic non
 delideretur eius resolutionem consueo hic
 esse ponendam, pone quod in aliquo præ
 dco sunt tres aut quatuor domini allodia
 54 les, qui stant ¶ cōmuniter, & pro indiuiso
 per partes æquales, & ipsum prædiū ven
 ditur, & duo aut tres cōsentunt vēditioni
 quartus vero licet alij tres laudauerint vult
 vt fatica siue iure prælationis, quærit mo
 do an ille, qui vult vt fatica sit audiendus an
 debeat necessariō firmare, & laudare & vē
 ditioni consentire, attentis firma & lauda
 mento per alios factis, qui sunt maior pars
 dominorum an vero non obstantibus fir
 mis à maiori parte dominorum factis pote
 rit vt fatica ille solus quartus. Istim quæ
 stionem ponit Oldrad. consil. 34. incipien
 s quæstio talis est. & Ioan. Andr. in additio
 nibus ad Specula. titu. de locato. §. nunc ali
 qua. in versic. 72. ibi, hic incipit quæstio. &
 las. in l. fin. C. de iure emphyteu. col. 154. &
 quia in locis supra allegatis, pro & contra
 plene disputatur, ideo hic sufficit dicere,
 quod prædicti Doctores tenent, quod ille
 solus, qui vult vt fatica fouet iustiorē cau
 sam, & istam partem consueo esse tenendam
 55 priū vsum ¶ & sic intelligūt dicti Doctores
 : quia fatica, vt tenent multi Doctores
 de iure nō potest cedi alteri, ita firmat Caf
 sancus in consuetu. Burgund. fo. 348. col.
 iij. in verbo, retenuē. & Guido Papæ in
 suis decisionibus, quæstione 41. videatis
 iura per eum allegata. Ego verō puto fati
 cam etiam de iure communi posse alteri ce
 di non obstantibus prædictis Doctoribus,
 qui qualiter sint intelligendi infra in quar
 ta principali quæstione, latius declarabi
 tur. Sed in ciuitate Barcinonæ, & in eius
 hortis, & vineto non est dubium, quin di
 cta fatica possit alteri cedi, & forsan in to
 to principatu Catalonia, prout dicit glos.
 in vlti. quis suum feudum. vbi glossa indi
 stinctē tenet, quod si dominus velit vt ad
 proprium vsum siue ad vsum alterius sem
 per est ei deferendū, istud limitatur in dice
 celi Gerundæ, vbi scripta est consuetudo,

quod dominus non possit vt nisi ad pro
 prium vsum, & commoditatem, prout su
 præ insertū dictam consuetudinem. Ego
 præmissis addens dico, quod si duo, aut
 plures sunt domini ecclesiastici allodiales,
 si vnus firmat instrumentum, & alius vult
 vt fatica ad propriū vsum, quod non po
 test ratione incapacitatis cum ecclesia, vel
 manus mortua sit incapax, secus si domini
 54 ¶ allodiales essent persona priuata: quia
 tunc credo, quod vnus possit vt fatica si
 bi retinendo, quo casu esset dominus vti
 lis in toto, & dominus directus pro medie
 tate pro indiuiso: quia communitas domi
 nationis allodialis non finit vtile dominū
 cum directo consolidari, & ita vidi practi
 carū in domibus, quæ fuerunt discreti Ioā
 nis Fauet, quondam notarij publici Barci
 nonæ sitis ante domos honorabilis cōsiliij
 præsentis ciuitatis Barcinonæ. Sed si do
 mini sunt quatuor, & tres concedunt fati
 cam vni, & quartus solus alteri potior erit
 ille cui per tres fatica fuit concessa, arg. cle
 men. si plures. de iure patro. & faciūt nota
 ta per Ludouicum Romanum in singulari
 55 99. vbi dicit, quod maior pars creditorum
 possunt de debito remittere debitori ¶ & si
 aliquis esset creditor, qui contradicat statur
 maiori parti, bene faciunt notata per Do
 ctiores in l. & suum hæredē. in §. hodie au
 tem. ff. de pactis. vbi Doctores tenent, qd
 maior pars creditorum præiudicat mino
 ri, vide notata per las. ibi, qui allegat multa
 iura pro hac parte facientia, facit etiam l.
 item si vnus. §. principaliter. & §. census. ff.
 de arbitris. & §. item si plures. & sic habes,
 quod aliud est in retinēdo dictam faticam
 iuxta ius ciuile, & aliud est in eā alteri con
 cedendo iuxta nostrum ius municipale. In
 casu verō paritatis dicerem esse proceden
 dum iuxta dispositionem. l. si duobus. C.
 56 communia de lega. scilicet ¶ iudicem fortu
 nam esse, & sortē inter altercantes esse ad
 hibendam, vt quem fors prætulerit is ha
 beat potestatem dandi & concedendi fati
 cam. Pono hic quæstionem, quam posuit
 Ioannes de Succarratis in commemo. Pe
 tri Alber. cap. cautum. quæ talis est instru
 mentum vēditionis fuit factum per vendi
 torem emptori, & fuit presentatū domino
 allodiali & directo, vt in eo firmaret domi
 nij rationē, & dominus ipse prædicto instru
 mēto presentato intra triginta dies, prout

sibi licuit vsus fuit fatica vel iure retinendi seu forsan rem ipsam venditam iure faticae alteri concessit, aut forsan nondum declarauit animū suum est tamen intra triginta dies, intra quos potest vti fatica, nūquid premisis iam subsecutis partes possunt retrocedere ab illa venditione vel illā resilire inuito domino prætexus minoris ætatis vel ex eo, quia de nouo apparent alij qui offerunt matūs pretiū, quā res illa primo fuerit vedita, & dicit ipse Ioānes de Succarra, q̄ nō possunt retrocedere in præiudicium domini directi, an per præsentationē instrumenti veditationis fuit sibi ius quaesitum, & hoc probat ibi per quatuor aut plures sententias, quæ super tali casu fuerūt latae, quas ibi in dicto c. cautum, inseruit, & arbitror esse verum: exemplū enim principis sequēdum est, vt in l. & hoc Tiberius. ff. de hæreditibus institutis. & in l. Titius, ff. ad Trebellianā. Nec obstat. l. nemo. de sententijs & interuentionibus omnium iudicū. vbi expressē dicitur, q̄ non exēplis, sed legibus est iudicandū. Quod verum est, nisi exempla sint principis, vt in eadē l. nemo. in fine. & glos. ibi, magistratus eo præferim, quia dictæ sententiæ sunt quatuor & vltimæ, & inducunt consuetudinē, vt in glo. in verbo, diuturni. in §. ex non scripto. Instit. de iure naturali gent. & ciuili. & in glos. vlti. in c. si extra. de consuetud. & ibi Abb. Panor. & in glo. in verbo, consuetudini. in l. nemo. de episcopi palati audientia. C. quia tunc quis magis dicitur sequi consuetudinē, q̄ sententiā, seu exēpla, vt in l. si de interpretatione. ff. de legi. & Sena. & in l. sequē. quæ incipit, nam Imperator. ita fuit etiam nunc nouiter iudicatum in regia audientia, in quadā causa, quæ ducta fuit inter Reuerēdum Vincentium Sors canonicū ecclesie Barcinonæ ex vna parte, cōtra quendam Boleda scudellerium cui fuerunt stabilitæ certę domus, quæ tenentur sub dominio directo cuiusdam benedicti ecclesiastici, quod dictus Sors obtinebat, qui quidem Boleda post præsentationem instrumentorū, sciens quod dictus Sors volebat vti fatica alteri eam cōcedendo restituit cum consensu sui contrahentis à prædicto contractu fuit allegatū per dictum Sors, q̄ iam erat sibi ius quaesitum, tandem non obstat dicta resiliōne in Regia audientia fuit iudicatum pro dicto Sors domino allodiali, quia quāuis non sit pro-

cessum ad solutionem intrate, nec ad traditionem possessionis, propterea res non potest dici integra, propter instrumentorum præsentationem faciā domino per quam fuit domino ius quaesitum, quod eo inuito auferri sibi non potuit, vt l. in a. ff. de pactis. & ibi Bart. laf. & cōmuniter Doctores, facit etiam l. qui Romæ §. Flauius. ff. de verbo. obligat. l. qui res. post principi. in versi. diuersum. & l. vero procuratori. cum multis similibus. Ex quibus stat firmum q̄ post instrumentorū præsentationem res delinit esse integra, vt partes inuito domino allodiali vel medio non possunt resilire à contractu obstatē iure domini directi insuper in præiudicium alterius non licet mutare consilium, vt in c. mutare consil. extra de regu. iur. tamen si instrumenta non sunt domino præsentata nec res tradita, tūc res dicitur esse integra, & partes possunt resilire, & à cōtractu recedere absque aliqua pœna, & metu soluendi laudemium, & sine timore, quod dominus possit vti fatica, iuxta l. ab emptione. ff. de pactis. & l. j. & ij. c. quando licet ab emptione discedere, et ita etiam expressē tenet Ioan. de Succarra. in commemo. cap. cautum. & dominus Petrus Iacobus. in libello de actione in rem pro, quæ ceci. in commissum. & faciunt suprā notata, in prima principali quaestione, duodecima cellula. Et prosequēdo istam quaestio. nem congruum esse arbitror dicere, per quem debeat fieri ipsa instrumentorū præsentatio seu oblatio domino directo, & allodiali, seu medio, scilicet, an per venditorē, an per emptorē hoc tangit sub hrenibus Thom. Mieres in constituto. R. Ferdinandi. j. e. als scandols. fol. iii. col. j. in fin. & dicit per veditorem, vel suum procuratorē. Sed Ioan. de Succarra in dicto c. cautum, tractās an debeat præsentari per venditorē an per emptorē latius arguit, p̄ vtraq̄ parte, et tandem concludēs dicit, q̄ prædicta instrumentorū præsentatio, seu oblatio potest fieri per vtrūq̄, scilicet, per veditorē vel emptorē, & p̄bat per plures rationes, & iura sibi p̄ eū alleg. vbi dicit, q̄ paulo ante scribebā, q̄ partes ante oblationē seu præsentationē instrumentorū, faciā dño directo vel medio possunt resilire à cōtractu, & retrocedere cōmuni cōsensu, si res nō fuit tradita neq̄ pretium, aut pars pretij soluta inuito dño etiam expressē contradicēte tamen possit dī-

Etiam instrumentorum presentationē par-
 64 tes non possunt ꝛ resilire seu retrocedere
 à contractu communi cōsensu, etiam si res
 fuerit vendita minoris etiam si petatur resti-
 tutio in integrum, vel ea ratione, quia alius
 dat maius pretium, quia iam est qualicum-
 ius domino in laudemio, & fatica siue iure
 retinendi, quod verū puto, quando res ven-
 ditur per personas legitimas ad contrahen-
 dum. Secus est, quando res venditur man-
 dato iudicis: quia credo tunc venditionem
 & alienationē non esse perfectā donec, &
 quousq; ipse iudex suam vltimā autorita-
 tem alienationi præstiterit, & decretū. Præ-
 terea dicit idem Petrus Iaco. in dicto libel-
 lo suprà allegato, q; si res vendatur cum pa-
 cto de retrouendēdo iuxta l. ij. C. de pact.
 inter emptorē, & venditorē, q; si fiat retro-
 translatio vel reemptio, quod tunc domi-
 65 nus ꝛ non potest rē retinere iure fatica. pro
 eodē pretio, si in prima vēditione ipse non
 fuit protestatus cōtra tale pactum. & dicit
 Bal. in l. si fundū. C. de pact. inter emptorē
 & venditorē. q; si duo vendunt instrumen-
 to gratia redimendā, mediantē rem quam
 cōmunicem, & in diuisam habebant, & vnus
 ex illis vēditoribus vel heredibus vult re-
 dimere partem suam aliter nō emptor non
 tenetur vnus, & eundem contractū diti-
 dere. Sed vbi plures vēdūt separatim vnus-
 quisq; admittitur ad suā partis luitionem.
 l. cui vnus fructus. ff. de vfructu lega. & l.
 quod autē. §. ff. de in diem addict. & dicit
 Oldra. cōli. 34. q; quādo sunt plures domi-
 ni, & aliquis vtitur fatica non potest facere
 æstimare rem de nouo, sed debet dare do-
 minus pro ipsa re, quam vult retinere tan-
 tum pretium, quantum pro ea datur, quā-
 vis videatur excessiuum.

- 8 Circuitus iurandus.
- 9 Emphyteusim & feudum eodem iure censeri.
- 10 Fatica non utuntur domini medijs.
- 11 Faticam cedi posse. i. fallit. 12.
- 12 Opinio Doctorum quando seruanda.
- 13 Fatica quando uti possit alodialis.
- 16 Fatica empte effectus.
- 17 Faticam in subemphyteuticatione cessare.
- 18 Faticandi iuri quando locus.
- 19 Tempora que reduta.
- 20 Dies triginta ex quo computandi.
- 21 Temporis subrogati natura.
- 22 Fatica post triginta dies cessat.
- 23 Melioraments domino minus offerenti non relin-
 quenda.



QUARTA, & vlti-
 ma p̄cipalis quæstio
 venit examināda, que
 quoniam breuis est ea,
 breuiter expeditā, ad
 cuius declarationē cē-
 seo hic esse præmitten-
 dam illā regulā, quæ

- 1 dicit illud arte non cōcedi, quod ꝛ naturali-
 ter denegatur, vt in l. vbi repugnantia. §. j. ff.
 de reg. iur. & Instit. de iure natu. §. de natu-
 ralia. & in l. per seruu. §. denique si tibi. ff. de
 vsu & habi. & ff. de serui. l. vi. & ff. de re-
 bus dubijs. l. si fuerit. & sic quod nō potest
 fieri per naturā, nec regulariter per artem:
 ars enim imitatur naturā, facit Insti. de ado-
 ptio. §. adoptio. quia (vt dicit Ange. Arcti.
 in eodem §. minorem. Insti. de adoptio.)
 satis est, quod sit possibile in suo genere,
 non in sua specie, vel in indiuiduo ad hoc,
 vt fictio fingat, & notat eleganter Barto. in
 l. eadem. in princ. ff. de rebus dubijs. & in
 l. si is qui pro emptore. in principio. ff. de
 vsucap. & sic ꝛ ars (vt dicit Bald. in rubri.
 ff. de iustitia & iure.) procedit ad similitu-
 dinem naturæ, & ad eius instar. & Bartol.
 in l. ex quo. ff. de locat. & conducto. dicit,
 quod ad id se porrigit legis fictio, ad quod
 se porrigit lex naturæ. Præmittenda etiam
 sunt hic ea, quæ dicta sunt suprà in prælu-
 dijs in §. præmitto eū, q; in presentū citata
- 3 te, in qualibet p̄prietate ꝛ sue prædio viba-
 no, vel rustico possūt esse quatuor dñi suc-
 cessiuē vnus infra aliū supra emphyteutā
 vtilē, vt suprà fuit probatū in præludijs in
 §. allega. His præmissis, aggredior ipsam
 quartam principalem quæstionē, scilicet,
 quibus competat dicta fatica (quæ à Do-
 ctoribus ius prælationis dicitur: aliquādo

k ij

Quarta principalis quæstio:

Cui primo, & cui secundo debeatur
 fatica, & qui habeant pro se, &
 qui pro alijs, & non pro se.

Summa capita.

- 1 Naturā negatum inconcessibile.
- 2 Ars naturæ emula.
- 3 Prædij vniuersi multiplex dominus esse potest. 4.
- 5 Fatica utens cur ceteris potior. 6.
- 7 Relatiuorum extrema duo, neque simul subsistere.

potestas redimendi dicitur) & quibus nō. Et dico, quod si in prædio feudali, vel emphyteutario supra emphyteutam vtilem sunt quatuor domini, scilicet dominus directus & allodialis, & tres infra allodialē, & ipsa res feudalīs vel emphyteutaria veditur, vel alienatur tali alienatione, ex qua debeatur fatica siue ius prælationis, aut potestas redimendi, vt supra in tertia principali quaestione est dictum, tunc dominus medius infimus existens immediatē, siue cors à cors cum emphyteuta alienatē potest vti fatica, & redimere rem eam penes se retinēdo, & debet præferri cæteris alijs: quia de natura, & qualitate rei feudalīs, vel emphyteutariæ est, vt res per ius retinēdi, seu redimendi redeat ad suam naturam primariam, vt supra dictū fuit, & probatur in tertia principali quaestione, & ita probatur per tertiam vsantiam seu scriptam consuetudinem Barcinonæ, incipi. primus dominus laicus, id est, immediatus cum emphyteuta vili, & in priuilegio recognouunt proceres. ca. 37. incip. item si emphyteuta vendit, & in cōsuetudinibus generalibus Cataloniae. c. cautum. Et tunc quādo iste dominus medius siue immediatus, qui est cors à cors cum emphyteuta vendente vitur fatica rem sibi retinēdo ad proprium vsum alij domini medij, nec dominus allodialis existens supra ipsum vitentem non habent fatigam siue ius retinēdi ad suum proprium vsum, nec ad vsum alterius rem alteri concedendo, vt probatur in quarta vsantia scripta Barcinonæ, quæ incipit, Secūdus dominus laicus, & ratio est duplex.

6 Prima, quod res de facili redit ad suam naturam. l. si vnus § paetus. ff. de pact. nam omnis res per quascūq; causas nascitur, per easdem dissoluitur, vt in c. j. de reg. iur. extra. & nihil tam naturale est, quā eo vinculo quodq; dissolutū, quo ligatū. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Nam cum olim dictus dñs infimus, qui vitur fatica fuerit dñs vtilis, et fuerit approbatus si rem recuperat ratione fatigæ non potest reprobari, nā quod semel placuit, & c. ca. quod semel. de reg. iur. in vj. Secūda ratio, quare ipsi dñi medij supra ipsum existētes nō possunt retinere, est ad euitādam impossibilitatē, de qua supra in principio dictū est, nam si ipsi domini medij existētes supra dominū medium, qui est immediatus, siue cors à cors cū em-

phyteuta vendēte vterentur fatica rem sibi retinendo ad suum propriū vsum sequeretur illa impossibilitas, de qua supra est dictum, scilicet, quod vna & eadem persona esset superior, et inferior, vel esset dominus & emphyteuta ratione vnus, & eiusdē rei, quod nullo modo naturaliter fieri potest, quia illud arte non permittitur, quod naturaliter denegatur, vel quæ rerū natura prohibentur nulla lege confirmata sunt, dicit Iuriscōsultus Marcellus in dicta l. vbi repugnantiā. Et potest allegari hīc dictum Bal. in l. si vxor tua. C. de bonis autor. iudi. possidendis. vbi dicit, quod actiuum & passiuum nō possunt fundari in solo actiuo, vel in solo passiuo. Item quia relatiua cōtraria requirūt duo extrema, cum ergo dominus, & emphyteuta sint relatiua, contraria ergo, & c. de ista quaestione vide notata per Iaco. Marquel. in vsa. si quis suū feud. in q. 33. fo. 112. dicens ibi dictus Marquel. quod fieret circulus siue circuitus à iure, & obseruantia Cataloniae reprobat. facit etiā clemē. auditor. de rescript. & ibi Cardi. Zabarel. & l. Claudius Felix. in dicta glo. ff. qui potiores in pigno. habet. & de isto circulo siue circuitu euitando est tex. ad istam materiam melior, quā alter de iure municipali, in cōmemora. Per. Alber. ca. 40. si in aliquo castro fuerint præter dñm superiorē, & ibi Ioānes de Succarra. in iij. notabi. & fuit dictū prius dñi Spec. in tit. de feud § j. in ver. 24. quaritur, & dicit ibi Ioā. de Succarra. in dicto c. si in aliquo castro. in 8. notabi. quod nullus potest esse potior seipso, & idē in c. felonía. pa. 444. dicit, quod dominus non potest esse dominus & seruus, ex quo infert casum, quo quis vendere tenetur, & cōpellitur. nu. 22. & nu. 23. & videatis Ioā. Mo. in c. dudū § nos verō. de præb. li. vj. dicit etiā dictus Ioan. de Succarra. in ca. supra allegato in 9. notabili, quod vassallus non potest esse maior suo domino: quia esset inconueniens, & valde absurdum, quod dominus, qui est superior faceret fidelitatē suo vassallo, & ita tenet Iacobus de Cali. in extrauagatorio curia. vers. 196. vbi dicit, quod de isto incoueniēti loquitur Andr. de Isernia in c. j. quid sit inuestitura in lib. feudorū. & dictus circulus siue circuitus debeat euitari, tenet Spec. in tit. de libellorū conceptio. ne. in §. 14. in ver. iudex autē. & adde tex. in l. cum fundus § seruū tuum, & ibi in j. col. ff. si cer

ff. si certum petatur & in l. cui fundus § j. & ibi Alex. & idem Specu. in §. nunc aliquid in ver. 129. de loca. dicit quod sequere tur absurditas quod dominus haberet rem in emphyteusimam a suo inferiori. facit l. interdum in fi. ff. de operis liberto. Nec obstant ea, quae dicit Guilielmus de Valesic. in vsat. si quis suum feudum ponendo ibi exemplum de Titio Caio & Sempronio neque ea, quae ponit Jac. Marquel. in loco supra allegato in q. 34. fol. 113. quia ibi non est circuitus, siue circuitus: & licet praedicta supra allegata loquantur in feudis, & non in emphyteusi, respondetur tamen quod disposita in feudis habent locum in emphyteusi & quod argumentum de feudo ad emphyteusim tenet, & est validum ubi praesertim expressè non reperitur contrarium. tenet hoc Specu. in ti. de sententiis § quonia ver. 40. in fi. & Bal. in c. que in ecclesiarum. extra de constitu. las. in l. j. C. de iure emphy. & Bal. in l. voluntas. C. de fidei commissis. Guiliel. de Valesic. & Ia. Marquel. in vsa. si quis suum feudum & Ioan. de Succarra. in commemo. Pet. Alber. c. eodem nec ipsi domini medij existentes infra dominum allodialem et directum possunt uti fatuca illam alteri concedendo: quia dominus allodialis directus & supremus a quo omnes alij domini inferiores causam habent non debet esse deterioris conditionis, cui hoc ius fatucationis siue rem iure fatucæ, alteri concedendi reseruat, quædo dominus medius qui est immediatus siue cors a cors supra emphyteutam vtilem non vitur fatuca sibi retinendo eam alteri concedere non possit: & hoc mouit aliquos in iure ciuili scribentes ad dicendum, quod fatuca siue ius praelationis non potest cedi quod intelligendum est, in hoc casu, & non alias imo quando non est nisi emphyteuta vendens, & dominus directus, & allodialis non subest aliqua causa quae prohibeat t fatucam posse etiam alteri cedi. & ita fit Barcinonæ per quintam vsantiam seu scriptam consuetudinem Barcinonæ incipien. tertius dominus &c. per quam conceditur domino directo supremo, & allodiali vti fatuca alteri illam concedendo. Sed ipse dominus directus non habet fatucam ad proprium vsum, et vtilitatem rem penes se retinendo ratione impossibilitatis absurditatis, et causa vitandæ circuli, siue circuitus de qui-

bus supra fuit dictum abunde. Et quod dominus directus possit uti fatuca rem alteri concedendo probatur in sententia arbitraria lata super laudemis exsoluendis, & in pluribus vsantiis scriptis Barcinonæ & in constitu. Regis Pet. ij. c. ij. item ne super laudemio. Aliqui tamen in iure ciuili scribentes tenent quod ius fatucæ seu retinendi siue ius praelationis non potest alteri cedi, ut supra fuit dictum in tertia principali questione per rationes & iura ibi allegata, ut Guido Papæ in q. 411. & hoc idem confirmat Cassaneus in costi. Burgun. fo. 348. co. iij. Sed hoc ego puto, quod sit verum tamen in dominis mediis & non in allodiali, & supremo, cui semper licet fatucam cedere, quando ille dominus medius, qui est immediatus cum emphyteuta vtili non vitur ad proprium vsum. Et sic colligitur quod siue in feudis siue in emphyteusi si in praedio sunt quatuor domini supra emphyteutam dominus immediatus siue qui est cors a cors cum emphyteuta vtili vendente potest uti fatuca, ad opus retinendi pro se tantum & ipso vitente & penes se rem retinente nec mo ex superioribus potest uti ratione supra in principio iam dicta quia cum iam semel fuerit approbatus pro emphyteuta vtili ipse vitens non potest amplius reprobari ut in regula quod semel de regu. iur. in vj. & capi. j. de iudiciis. in antiquis & in multis his similibus quae adducuntur per glo. in dicto c. quod semel. Sed si ipse dominus immediatus qui est cors a cors cum emphyteuta vendente non vitur fatuca tunc dominus allodialis et directus potest rem ratione fatucæ t alteri, cui sibi placuerit, concedere non obstante quod alij domini sunt infra se: quia ipsi domini, qui sunt infra allodialem, & supra dominum medium infimum non possunt uti fatuca retinendo ad vitandam impossibilitatem iuris: nec possunt alteri concedere: quia hoc ius est reseruatum superiori, a quo omnes causam habent. Sed si supra ipsum emphyteutam vendentem non est, nisi ipse dominus directus, & allodialis tunc ipse dominus directus potest rem venditam ratione fatucæ sibi vel alteri concedere, & hæc vera sunt & probantur per vsantiam, seu scriptas consuetudines Barcinonæ, quae sunt in volumine constitutionum Cataloniae post sententiam arbitralem super solutione laudemis.

miorum promulgatam per dominum Re-
 gem lac. & episcopum Valentinum post
 clausulas septimi, & quinti & per gloss. su-
 pra in tertia principali quaestione allega-
 tam positam in vsu. si quis suum feudum,
 quae gloss. si bene aduertatur duas habet
 opiniones quarum prima est, quod domi-
 nus directus rei feudalis siue emphyteutica
 riae de iure communi non habet ius fatican-
 di nisi ad proprios vsus, & istam non firmat.
 Secunda opinio est, quod semper co-
 petit domino directo, & allodiali fatica,
 siue eam velit ad proprios vsus siue in fa-
 uorem alterius & istam videtur approba-
 re: quia quando aliquis refert duas opi-
 niones & nullam eligit ex illis in dubio vi-
 detur sequi illam, quam vltimo loco refert
 vt in l. qui filium. §. Dabinus. ff. ad Trebellia-
 num. ita etiam tenet Ioan. Andreas. in ca. j.
 de constitu. in verbo quarto nota. & Bald.
 in auth. ex testamento. C. de colla. & An-
 dreas Barba. in repetitione ca. Raynutius.
 de testament. 154. co. & glo. in l. ca. l. C. de
 co. dictio. ob causam. optime facit tex. in l.
 bona fides. ff. de positi & in l. si idem cum
 eodem. de iurisdictione omnium iudic. &
 similibus imo ea expresse approbat: quia
 dicit ibi gl. & ita se habet consuetudo Bar-
 14 cinonae & si opinio doctorum est seruan-
 da in consulendo, & iudicando vbi casus
 non est decisus à canone, vel lege, vt tenet
 Abbas Panor. in c. j. de constitu. in vers. 9.
 Incipien. fallit quanto magis debet seruari
 opinio gloss. quae clare & sine distinctione
 loquitur. & hanc opinionem tenet Ioan. de
 Succarra in commemo. Pet. Albert. c. cau-
 tum in vers. explicita materia laudemij ve-
 nio ad tractandum materiam iuris retinen-
 di. Restat igitur quod quando post domi-
 num allodiale non est aliquis dominus
 15 medius tunc dominus allodialis potest vt
 fatica rem sibi retinendo, vel rem alteri co-
 cedendo: & ita video quotidie praticari,
 sine alleuitus contra dictione & huius sum
 voti & opinionis & in hac ciuitate Barci-
 nonae hortis, & vineo eiusdem ita est cau-
 tum per decimam vsantiam seu consuetu-
 dinem scriptam, quae est tenoris sequentis.
 Et si est tantum vnus dominus in re & iste
 est clericus habet integrum septimum pretij
 totius domus, vel quantum pretij hortoru
 vel vinearum. & iste talis potest ad opus
 sibi retinere, vel alij concedere et idem di-

cit de vno domino laico qui recipit deci-
 mum integraliter. & iste eodem modo
 potest sibi retinere, vel alij concedere iure
 fatica. Haec sunt verba dictarum vsantia-
 rum, quae (vt puto) à generali consuetudi-
 ne Catalonia emanarunt, vel ab ipsis vsan-
 tiis Barcinonae prodiit ipsa generalis con-
 suetudo in vniuersam Catalonia, & non
 modicum miror de dicta consuetudine
 quae permittit dominum directum, clericum
 posse vt fatica ad opus retinendi pro eccle-
 sia nam nos habemus in nostro iure Cata-
 loniae certam solennitatem, quae satis ar-
 dua est concedendi res ecclesiae in emphy-
 teulim quam ponit Iaco. Marquel. in vsa.
 statuimus fo. 387. quae solennitas seruatur,
 vt ipse dicit in tota prouincia Tarraconen-
 quam solennitatem confirmauit summus
 pontifex Paulus Venetus Papa ij. sua ex-
 trauganti incipien. ambitiofa cupiditati
 posita sub titu. de rebus ecclesiae non alien.
 & id quod tanta solennitate fit quod ad so-
 lam voluntatem vnus dissoluitur forsitan
 intentionem non sanam habentis. videtur
 esse durum & propterea Boerius in consti-
 tu. Biturigum in titu. de consuetu. reten. re-
 rum feudaliu tenet, q. dominus clericus
 non potest vt fatica retinendo & allegat
 hoc idē teneret Abba. Panor. in c. potuit.
 extra de loca. & Bal. in consil. 250. ij. li. &
 Andreas Barba. in d. c. potuit. Et sic re-
 deundo ad materiam nostram, an fatica ce-
 di possit, dico, quod in villa de Silua cam-
 pi Tarracon. domini allodiales non reci-
 piunt laudemiam aliqua ex alienationibus
 rerum emphyteuticalium quia in compen-
 sationem eorum nunc dant decimam de
 auellanis. Sed habent ipsi domini faticam
 ad opus retinendi vel illam alteri co-
 16 cedendo, quam ipsi domini aliquando vendunt
 & illam ementes virtute illius iuris praela-
 tionis efficiuntur domini viles reru aliena-
 tarum. Hoc limitandum est in dioecesi Ge-
 runde, in qua est consuetudo, quam supra
 inserui per quam non est licitum alteri co-
 cedere faticam ex qua à contrario sensu re-
 sultat, quod vbi dicta consuetudo non est,
 dominus directus potest rem ratione fati-
 cae alteri concedere & illam consuetudine
 ponit Ioan. de Succarra. in commemo. Pe-
 Alber. in dicto c. cautum. in vers. supra al-
 lega. In concessionibus autem in emphy-
 teulim videlicet, quando emphyteuta sub
 emphy

emphyteuticat, vel subinfeudat domini
 medij existentes infra dominum directū.
 17 & supra ipsū ꝑ subemphyteuticantem
 non habent faticam, ne sequeretur illa im-
 possibilitas circulus siue circuitus supra
 dicit, nec illam possunt alteri concedere:
 quia hoc est reseruatū domino directo,
 & allodiali qui quidem dominus directus
 & allodialis ꝑuis non habeat ad propriū
 vsū eadem ratione ne fieret dicta repu-
 gnantia seu absurditas tamen habet ius fa-
 ticandi rem alteri cōcedendo si is in cuius
 fauorē dicta fatica conceditur potest pra-
 stare stabiliēti siue in emphyteusim con-
 cedenti id, quod ille cui habet subemphy-
 teuticatio seu subinfeudatio promisit pra-
 stare ita tenet Petrus Iaco. in tractatu libel-
 lorum in libello, de actio. in rem pro re em-
 phy. quæ ceci. in commissum exponendo
 ibi l. fi. C. de iure emphyteu. aliās fatica non
 18 habet locum quia tunc est locus iuri ꝑ fa-
 ticandi quando commodum emphyteutę
 non minuitur vt in dicta l. fi. in §. sed ne hac
 occasione & nota quod licet dominus di-
 rectus et allodialis habeat duos menses ad
 deliberandum de iure ciuili super prima
 attestatione, si vult emere, & ipsi duobus
 mensibus elapsis habeat alios duos mēses
 ad vtendum fatica siue iure retinēdi seu ad
 redimēdum rem, vt latius declarat ipse Pe-
 trus Iaco. in supra allegato libello et Ioan.
 de Succarra. in ca. cautū. & Ias. in l. fi. C. de
 iure emphyte. toties allegata, & ibi docto-
 res. Tamen de iure isto statutario Catala-
 19 norum illa duo tempora sunt ꝑ reducta ad
 xxx. dies qui dantur domino ad redimen-
 dum vt in constitut. domini Reg. Pet. tertij
 c. iij. Item, ne super laudemio ibi esadigua
 de xxx. dies en lo contracte de la venda et
 in sententia arbitrari domini Regis Iaco.
 ij. & Reuerendissimi Episcopi Valentini
 super solutione laudemiorum promulga-
 ta ibi nisi prius data fatica xxx. dierum in-
 fra quos sit licitum retinere. Et sic constat
 per prædicta, quod dominus habet trigin-
 ta dies ad retinendum, & isti xxx. dies non
 à die: qua celebratus est contractus inter
 partes per cōmunem ipsarum consensum
 & qua fuit firmatus, & iuratus per partes
 contrahentes in posse notarij. Sed incipit
 currere à die notitiæ seu scientię domini ita
 tenet dominus Thom. Mieres in dicta cō-
 stitu. dicti domini Reg. Pe. iij. c. iij. item ne

super laudemio fo. 165. eo. iij. & dictus Io.
 de Succarra. in commemo. Pet. Alber. ca.
 cautum in vers. explicita materia, & ita de
 cidit per doctores practicos in vfa. Casta.
 20 & nota, ꝑ isti trigintra dies ꝑ non sunt com-
 putandi à die quo dominus directus per
 auditum, aut aliās sciuit aut nouit contra-
 ctum alienationis esse celebratum, ex quo
 competit dicta fatica inter partes commu-
 ni cōsensu ambarum & adhibito notario.
 Sed sunt computandi à die notitiæ, & sci-
 tiæ quas habet dominus per presentatio-
 nem de instrumento alienationis, ex qua
 sibi competit dicta fatica seu ius prelatio-
 nis & ita tenet Ioan. de Succarra. in dicto
 c. cautum & ratio est quia ante presenta-
 tionem seu oblationem instrumentorū fa-
 ticam seu quæ faciēda est domino partes
 ipsæ contrahentes inuito domino directo,
 & alio quocunque possunt communi con-
 sensu rebire à contractu & ab eo retroce-
 dere re tamen existente integra absque ali-
 qua poena, & ius meū soluendi laude-
 mium & sine timore, quod dominus pos-
 sit vi fatica, & ita tenet dominus Petrus
 Iacob. in dicto libello de actio. in rem pro
 re emphyteut. quæ ceci. in commissum &
 Ias. in l. fi. C. de iure emphyteu. col. 126. in fi.
 Alberic. de Rosa. in l. ab emptione. ff. de
 pact. & doctores in ll. j. & ij. C. quando li-
 ceat ab emptione discedere & dictus Ioā.
 de Succarra. in dicto c. cautum. & Bald. in
 c. j. §. libellario quibus modis feudū amit-
 tatur & vide notata super hoc per præposi-
 tum in §. porro in c. j. qualiter feudum alie-
 nari poterat, & vide etiam notata supra in
 xij. q. principali de qua possessione debeat
 laudemium duplicatum. Potest etiam
 dominus habere scientiam de emptione si-
 ue alienatione à qua antea current ipsi tri-
 ginta dies per receptionem canonis, quæ
 soluit nouus acquiritor. Et sic ipsi xxx.
 dies sunt subrogati in locum illorum duo-
 rum mensium qui per dictam l. fi. C. de iure
 emphyteutic. dabantur ad retinendum
 21 ꝑ & tempus subrogatum in locum alterius
 temporis sapit & habet eandem naturam
 illius in cuius loco subrogatur l. si quis eū.
 §. qui iniuriarum. ff. si quis cautionibus. &
 in fi. de actio. §. fuerat & ibi Ias. & Bald. in
 §. si quis in c. si de feudo fuerit controuersia
 inter dominos & agnatos Ludouicus Ro-
 manus in l. si filio. ff. soluto matrimonio. &
 vide

vide quæ notantur in prima principali R. incipien. & licet iam ex his. Si autem dominus directus post dictam denumerationem intra dictos triginta dies non usus fuerit fatiga siue iure retinendi lapsis ipsis diebus ulterius illo iure uti non poterit. Imo dominus utilis vendens rem illam poterit tradere possessionem realiter & actualiter sine metu pœnæ impostæ per constitutionem als scandols: quia tunc tantum tenetur ad solutionem laudemij seu foriscapi, ut est tex. in dicta l. si. §. si autem & in sententia arbitrali. & pro hoc facit, quod dicit Bar. in l. statu liberi. §. statu liber. ff. de leg. ij. et in l. Imperator. C. de liberis et posthu. ubi disponitur quod promissum fieri infra terminum prohibitum & econtra facit etiam, quod lapsus termini à lege datur excludit quem à iure non ex vi tacitæ renuntiationis sed ex dispositione legis secundum Bal. in l. Claudius Clodianus. ff. de acquisitione. heredi. faciunt etiam constituto. R. Per. ij. c. ij. item ne super laudemio & senten-

tia supra allegata & consuetudo generalis Cataloniae c. dret. eferit & sequen. Præterea hic prætereundum non est illud, quod si emphyteuta vult vendere ius suum emphyteuticum vel sua melioramēta, & pro eis inueniat quindecim, aut viginti, & dominus directus retinere volens nolit sibi dare nisi decem, dicens, quod verum pretium rei non est nisi decem, quod emphyteuta non tenetur sibi dimittere pro decem, sed pro prædictis quindecim, aut viginti, prout notat Salicetus in l. si. C. de iure emphyteu. j. col. j. et eū sequitur las. sibi faciunt notata per Bal. in l. ij. in sua lectione. C. de rescindenda venditione. & si ipse dominus dicit, quod sibi sit fraus in pretio quia res emphyteuticalis est maioris valoris, & quod vult laudemij iuxta communem estimationem dominus non est audiendus: quia per viam fatigæ rem sibi retinendo potest damno suo consulere.

FINIS.

INDEX ALPHABETICVS IN Lucernam Laudemiorum Domini Fran- cisci Solsonæ I. V. professoris excellentissimi.

A



Accessorium semper attrahitur ad suum principale. numero 16, pagina 34.	43
Adequatum eadem est ratio, & iuris dispositio. numero 11, pag. 23.	pag. 44.
Adherentium, cōnexorum, & contiguarum idem est iudicium. nu. 4.	pag. 90.
Aedificia in praedijs rusticis cur fiant. nu. 17.	48.
Aequalitas semper seruari debet. nu. 13.	37.
Agentium actus non operantur ultra eorum intentionem. numero 28.	24.
Agentium intentio ex illorum uerbis colligitur. numero 28.	46.
Agnati preferuntur dominis in antiquis feudis. nu. 50.	pag. 21.
Alienare uendere, tradere, diuersa. nu. 57.	pag. 55.
Alienata in filios gabellam non debent. nu. 7.	pag. 59.
Alienata dici non posse non tradita. nu. 43.	pag. 72.
Alienationi consentientis domini officium, & contractus. numero 7.	13.
Alienationis extrema. nu. 3.	9.
Alienatio in solutione laudemij qui accipienda. nu. 24.	pag. 10.
Alienatio que & quando dici nequeat: eiusque rei effectus. numero 30.	pag. 27.
Alienare in modicum tempus quousque liceat. numero 27.	pag. 9.
Alienatio rei emphyteuticæ tangit omnes dominos. numero 2.	pag. 72.
Alienatio quid. nume. 2.	13.
Alienationis contractus quo casu fingatur non esse celebratus. numero 3.	60.
Alienationis perpetuae quantum laudemium. nume. 5. & 7. pagina 51. & nu. 12. & 16.	pag. 12.
Allodia ad quid obligata. nu. 9.	31.
Allodia ecclesie que excedant. nu. 8.	71.
Allodia laicorum paucissima. nu. 8.	71.
Allodia ecclesiastica quamplurima. nu. 8.	71.
Allodia quando allibrata. nu. 14.	23.
Allodialis dominus quis. nu. 5.	6.
Allodij definitio multiplex. nu. 3. 4. 9. & 10. pag. 5. & 6.	pag. 5. & 6.
Allodij ecclesie intrata quantia. nu. 25.	24.
Allodij laicalis quantum laudemium. nu. 13. & 14. pag. 43.	pag. 43.
& numero 19.	pag. 44.
Allodij commixtis, an diuidatur laudemium. nu. 9.	91.
Allodiorum differentia olim incognita. nu. 9.	48.
Allodiorum diuisio de quibus fieri, intelligiue. ab. e. nu. 11.	pagina 6.

Allodiorum genera. nu. 3. 4.	43.
Allodio ecclesiastico quantum prestandum. nu. 15. pag. 43.	pag. 43.
& numero 17.	pag. 44.
Allodium duplex. nu. 8.	pag. 90.
Allodium multiplex. nu. 20.	48.
Allodium uarie censei. nu. 4.	37.
Argentarij iure quando censenda mulier. nu. 25.	24.
Argumenti à contrario sensu uis & efficacia. nu. 4. pagina 45. & numero 5.	46.
Argumentum à contrario sensu ualere, quatenus recipiunt. numero 3.	pag. 21.
Argumentum à frequenter & communiter accidentibus, ualidum. nu. 18.	pag. 65.
Argumentum, quod non apparet, presumitur non esse est in iure certissimum. nu. 12.	6.
Artis naturæ emula. nu. 2.	pag. 47.
Auaria incommoda. nu. 15. pag. 47. & nu. 23.	pag. 59.
Auaria dominorum reprehendit imperator, & ubi. nu. 2.	pag. 47.
Auarius omnibus malis subiectus. nu. 23.	59.
Augustini sententia pulchra, & notata digna. nu. 17. pag. 48. & nu. 23.	pag. 59.

B

Beneficiatus nouus quibus non succedat. numero 67.	pagina 88.
Beneficiatus quid debeat facere. nu. 68.	pag. 88.
Beneficio legis secundæ. C. de rescinden. uend. qui non inueniuntur. numero 20.	pag. 18.
Benignior interpretatio sequenda. nu. 23.	59.
Bona a nodialia que. nume. 2.	pag. 5.
Bona ecclesiarum à laicis exempta. nu. 5.	70.
Bonorum partitio. nu. 2.	pag. 5.

C

Capitulum primum de feudo non habente propriam feudi naturam. in uerbis feudo, explicatur. numero 2.	pagina 15.
Catalonie limites. nu. 8.	pag. 33.
Cautela maioris locus. nu. 24.	pag. 60.
Chartam precariam quis confirmet. nu. 52. & 53. pag. 98.	pag. 98.
Censu non soluto rem non committi. nu. 26.	78.
Ciceronis sententia noctu digna. nu. 18.	48.
Circuitus uitandus. nume. 8.	112.
Cisterciensibus quorum decimas debeant, & quorum non. numero 19.	pag. 23.
Ciuitas accipitur aliquando pro anione ciuium, & hominum multitudine societatis uinculo adunata. numero 1.	1.

INDEX

24. pagina 48.
 Ciuitas proprie est id quod murorum ambitu clauditur. nu-
 mero 4. pag. 41.
 Ciuitatis appellatione communiter ueniunt suburbia. nume-
 ro 4. pag. 41. & nu. 8. pag. 49.
 Ciuitatis appellatione quid ueniat. nu. 28. 49.
 Clausula laudemij quid tangat. nu. 7. 38.
 Clausularum que & cuius loco fuisse. nu. 20. 35.
 Clausularum excusatio car & quando inducitur. nu. 8. 31.
 Clausula que & quando subintelligatur. nu. 4. 36.
 Clericis sciendum. nu. 27. 35.
 Clericis laicisq; in quo prouisum. nu. 18. 27.
 Clericus non potest esse arrendator. nu. 24. pag. 24.
 Collecte per statutum inducuntur. nu. 35. 26.
 Commissio quando locus sit. nu. 20. 61.
 Commissum quatenus sublatum. nu. 6. pag. 71. & nu. 7. &
 8. pag. 71. & nu. 28. pag. 78.
 Comitantes non comprehenduntur ciuium appellatione.
 nume. 29. pag. 49.
 Compromissum est contractus. nu. 30. 79.
 Compensationi quando locus sit, & quando non. nu. 55. 84.
 Confirmationi necessaria. nu. 34. pag. 55.
 Conatus non nocet, si non sequatur effectus. nu. 59. 86.
 Conuexorum, adherentium, & contiguorum, idem est ius
 dicitur numero 4. 41.
 Consensus unius domini non sufficit. nu. 1. 72.
 Consuetudinis & legis pars uirtus. nu. 7. 30.
 Consuetudinis Laudemiorum explicata. nu. 27. 39.
 Constitutio regis Petri firmata. & a quo. nu. 4. 30.
 Consuetudo Barcinone quatenus extensa, & quatenus no-
 nume. 24. pag. 48.
 Consuetudo in laudemij seruanda. nu. 5. & 9. pag. 16.
 Consuetudo Laudemiorum explicata. nu. 13. 38.
 Consuetudo multiplex. nu. 6. 16.
 Consuetudo habet uim pacti. nu. 12. 101.
 Consuetudinem que prohibent. nu. 23. 48.
 Consuetudo, optima legum interpret. nu. 5. pag. 22. & pa-
 gina 49. nu. 29. & pag. 48. nu. 22.
 Consuetudo Laudemiorum correctis. nu. 35. 80.
 Consuetudo quando sententie preiudicat. nu. 7. 31.
 Consuetudo quatenus restricta. nu. 10. & 11. pag. 15. & 17.
 Consuetudo vulgaris, ac mos scribentium. pag. 12.
 Consuetudo, sicut lex seruanda. nu. 8. 14.
 Continuatio filij qui accipienda. nu. 5. 13.
 Contractus emptionis & uenditionis cum pacto de retro-
 uendendo, licitus est, nisi fiat in fraudem usufruarum. nu-
 mero 9. pag. 62.
 Contractus emptionis & uenditionis perpetuus. numero
 9. pagina 62.
 Contractus ex partium conuentione, iuri tamen non con-
 traria, legem accipiunt. nu. 30. 79.
 Contractus in diuiduis. nume. 33. 105.
 Contractus nullus non dicitur contractus. numero 13. pag.
 62. & nu. 59. pag. 86.
 Contractus precarie, & contractus emphyteuticus, eius-
 dem sunt nature. nu. 9. 71.
 Contractus quando resoluitur. nu. 5. 68.
 Contractus quando uerbis non arguitur, quicq; accipien-
 dum. nume. 15. & 16. pag. 62.

Contractuum resolutorum forma. nu. 24. 64.
 Contrahentes non possunt recedere à contractu, in preiudicium
 fisci, cui debetur gabella. numero 41. pag. 81. &
 numero 45. pag. 81.
 Contrahentes quid iurare debeant. nu. 11. 74.
 Correctio legum omnino cuiuscunda. num. 14. pag. 75. & nu-
 mero 19. eadem pag.
 Correlatorum mutua extensio. nu. 2. 51.
 Creditores in retractu qui potiores. nu. 5. 100.
 Cupiditatis incommoda. nume. 15. pag. 47. & numero 23.
 pagina 49.

D

Debitor statim, & loco, & tempore congruis, fisco
 non soluens, delictum committit. numero 32. pa-
 gina 26.
 Decimum quantum, & ex quibus debitum. numero 9. pa-
 gina 91.
 Detractio contra naturam. nu. 18. 48.
 Diabolicum est recedere à consuetudine generali. nume-
 ro 12. pag. 58.
 Dies triginta ex quo computandi. nu. 20. 115.
 Dignus atrahit ad se minus dignam. nu. 1. 37.
 Directis domino duplex. nu. 8. 90.
 Discordie graues & periculosa olim fuerit inter clericum
 & ciues Barcinone super laudemiorum solutione. nu-
 mero 2. pag. 40.
 Diuersitas corporum presumitur ex nominum diuersitate.
 numero 12. pag. 17.
 Diuersitas iuris ibi esse debet, ubi ratio est diuersa. numero
 20. pagina 52.
 Diuisio laudemiorum à practico doctoribus minime omiso
 sa. numero 1. pag. 89.
 Diuisionis forma. nu. 5. pag. 18. & nu. 12. pag. 40.
 Domnia perpetua. nu. 10. 62.
 Domini consensus in successiuis alienationibus requiren-
 dus. nume. 4. pag. 89.
 Dominis duobus quot denarij debiti pro laudemio. nume-
 ro 15. pag. 92.
 Dominium ante traditionem est penes uenditorem. nume-
 ro 43. pag. 82.
 Dominium non nisi traditione perdit. nu. 24. 82.
 Dominium quando retrahatur. nu. 39. 67.
 Dominium qui traditum. nu. 47. 48. & 49. 83.
 Dominium traditione acquiritur. nu. 43. 82.
 Domino directo & allodiali debetur quinquagesima pars
 pretij rei emphyteutice uendite, aut aliter alienate. nu-
 mero 19. pag. 77.
 Dominorum duorum, trium, quatuor, cuius quantum de-
 beat pro hypotheca. nu. 38. 39. & 40. pag. 96.
 Dominorum omnium necessarius consensus. numero 1. & 2.
 pagina 72.
 Domino quando non tenetur uendere emphyteus. nume-
 ro 22. pag. 105.
 Dominorum quatuor laudemium quantum. numero 12. pa-
 gina 92. & nu. 17. pag. 93.
 Dominus ignato potior. numero 50. pag. 83. & numero 51.
 pagina 84.

Dominus

ALPHABETICVS.

Dominus alio dialis in bonis recuperandis ceteris preferatur. *nume. 6. pag. 6.*
 Dominus cur ceteris preferendus. *numero 20. pagina 102. & numero 24. pag. 103.*
 Dominus scienti quantum tempus currat. *numero 49. pagina 107.*
 Domino retinere que, quicq. liceat. *nu. 30. 104.*
 Dominus directus uenditurus id non denuntiet. *numero 34. pagina 26.*
 Dominus potest assignare iudicem suo emphyteute. *nume. 20. 25. pag. 77.*
 Dominus potest purgare suam moram. *numero 59. pagina 86.*

B

Ecclēsia quando soluat collectas. *numero 20. pag. 24.*
 Ecclēsia succedens quam & quando pœnam uicit. *numero 33. pag. 26.*
 Ecclēsia qui soluere cogenda. *nu. 21. 24.*
 Ecclēsia cur carius uendat. *nu. 26. 24.*
 Ecclēsia & laicus in quo equiparentur. *numero 11. pagina 23.*
 Ecclēsia utens adminiculo defuncti, iure illius uti debet. *nume. 10. pag. 25.*
 Ecclēsia quando priuati iure regulanda. *numero 30. pagina 25.*
 Ecclēsia possidentis commodum. *nu. 7. 71.*
 Ecclēsia sciendum. *nu. 7. 25.*
 Ecclēsie magis faciendum, quam dotibus. *numero 8. pagina 71.*
 Ecclēsiasticum immune qui accipiendum. *numero 36. pagina 26.*
 Ecclēsiasticum alodium quid. *nu. 9. 6.*
 Empara realis non habet locum in re emphyteuticaria. *nume. 24. pag. 77.*
 Empara qui fiat. *nu. 25. 54.*
 Emptio cur & quando rescindatur. *nu. 2. 60.*
 Emptio & uenditio correlatiua. *nu. 2. 51.*
 Emptionum uaria pacta. *nu. 1. 60.*
 Emptor cui, & quantum laudemium debeat. *numero 19. pagina 18.*
 Emptoris persona in titulis onerosis non inspicitur, sed uenditoris. *numero 10. 42.*
 Emptor non efficitur dominus, nisi re sibi tradita. *numero 42. pagina 82.*
 Emphyteuta qui transigit. *numero 34. & 35. 50.*
 Emphyteuta fungentis pœna. *nu. 10. 73.*
 Emphyteute non nocet dominus uendens. *numero 35. pagina 26.*
 Emphyteuticari quibus debeat res. *numero 25. pag. 101.*
 Emphyteutici contractus forma. *nu. 3. 56.*
 Emphyteutis & feudum eodem iure censentur. *numero 9. pagina 112.*
 Emphyteuticum qui pignoriandum. *numero 4. 51.*
 Emphyteus aliena laudemium debetur, & cui, & cur. *numero 19. 21. & 22. pag. 107. 8.*
 Emphyteus natura. *nu. 23. 103.*
 Emphyteusum ementium pœna. *numero 5. pagina 72. &*

numero 12. & 13. pag. 74. & numero 14. 16. 17. pagina 75. & nume. 32. & 33. pag. 79.
 Emphyteuticorum bonorum genera & differentie. *nume. 20. 8. pag. 6.*
 Emphyteusis quantum laudemium. *numero 5. 6. & 7. pagina 30.*
 Emphyteusum non nisi data fatica, uendi non posse. *nume. 20. 8. pag. 107.*
 Emphyteusum uendentis pœna. *numero 21. pag. 76. & numero 20. pag. 78.*
 Emphyteutica impignoranda. *nu. 2. 51.*
 Emphyteutica moribus alienabilia. *numero 3. pag. 45. & numero 21. pag. 48.*
 Emphyteusum pactis sub stare. *nu. 12. 101.*
 Emphyteutes inalienabiles. *nu. 1. 50.*
 Emphyteute quid præbet dominus. *numero 31. 104.*
 Emphyteuticari magna paruo pretio posse. *numero 32. pagina 104.*
 Emphyteute mentientis pœna. *nu. 9. 73.*
 Erroris causa, corruptio. *nu. 16. 47.*
 Exceptio regulam firmat. *nu. 7. 42.*
 Exclusio unius, est inclusio alterius, & econtra. *numero 4. pagina 22. & numero 15. pagina 34. & numero 5. pagina 41.*
 Excommunicandus non est aliquis per fictas contumacias. *numero 54. pag. 84.*
 Exhortatio pie & Christiana ad dominos alio dialis, ut in exigendis laudemijis modeste se habeant. *numero 22. pagina 59.*
 Extranei an cuiuslibet comprehensi. *nu. 7. 41.*
 Extranei an laudo contineantur. *nu. 6. 22.*
 Extranei, & ciues an in laudemijis dissent. *numero 1. pagina 28.*
 Extranei emphyteute an iure urbis censendi. *numero 4. & 5. pagina 22.*
 Extranei quantum laudemij pendant. *nu. 7. 22.*
 Extranei qui. *nu. 4. pag. 12. & nu. 9. pag. 37.*
 Extranei qui quatenusq. laudemij pendant. *numero 10. pagina 42.*
 Extraneo uendente quantum debeat. *numero 5. pagina 32.*

F

Facta indiuidua. *nu. 6. pag. 105.*
 Fatica quid. *nume. 1. pag. 100.*
 Fatica quando uti possit alio dialis. *nu. 15. pag. 114.*
 Faticæ empte effectus. *nu. 16. 114.*
 Fatica in subemphyteuticatione cessat. *numero 17. pagina 114.*
 Faticandi iuri quando locus. *nu. 18. 115.*
 Faticam qui non promittant. *nu. 11. 108.*
 Fatica cædi alienariq. potest. *nu. 19. 102.*
 Fatica quando possit uti dominus. *nu. 18. 102.*
 Fatica quando & ubi uti liceat. *numero 28. & 29. pag. 104. & numero 50. pag. 107.*
 Fatica quando deberi incipiat. *nu. 17. 104.*
 Faticæ nomine quid, & a quo retinendum. *nume. 7. & 10. pag. 101. & nume. 20. pag. 102.*

INDEX

<p>Fatica utens cur ceteris potior. <i>nu. 5. & 6.</i> 112.</p> <p>Faticam cedi posse. <i>nu. 11. 12. & 13.</i> 113.</p> <p>Fatica non utuntur domini medijs. <i>nu. 10.</i> 113.</p> <p>Fatica quando veniuntur. <i>nu. 4. 6. & 4. 7.</i> 107.</p> <p>Fatica quando domino ea priuato indebitis numero. <i>37. 38. & 39.</i> pag. 105.</p> <p>Fatica post triginta dies cessat. <i>nu. 22.</i> 115.</p> <p>Fatica nomine quid retineri non debeat. <i>nu. 65.</i> 111.</p> <p>Feudalia, emphyteuticariae uel bona, quae alienabilia. <i>nume. 10. 6.</i> pag. 6.</p> <p>Feuda inalienabilia. <i>nu. 1.</i> 50.</p> <p>Feudi donatio permissa. <i>nu. 56.</i> 85.</p> <p>Feudi traditio minime permissa. <i>nu. 56.</i> 85.</p> <p>Feudum gratia. <i>nume. 33.</i> 105.</p> <p>Feudum alienatione non amittitur. <i>nu. 24.</i> 53.</p> <p>Ficta traditio idem operatur quod uera & realis. <i>numero 4. 6.</i> pag. 83.</p> <p>Filij dominiui continuantes qui intelligendi. <i>nu. 9.</i> 14.</p> <p>Filij uiuente patre quodam modo domini existimantur. <i>nume. 1.</i> pag. 13.</p> <p>Filius uiuente patre intelligitur in feudis institutus. <i>nume. 10. 3.</i> pag. 13.</p> <p>Filius succedendo patri in feudo, non acquirit feudum, sed iam quaesitum capit. <i>nume. 4.</i> 13.</p> <p>Finisne, an initium spectari debeat. <i>nu. 65.</i> 87.</p> <p>Fiscus male acquiritorum successor. <i>nu. 20.</i> 63.</p> <p>Forenses quando ciuium beneficio non gaudeant. <i>numero 20. & 30.</i> pag. 49.</p> <p>Forenses arbitrio Barcinonae exclusi. <i>nu. 8.</i> 42.</p> <p>Forenses quando, & in quibus ciuibz pares. <i>numero 27.</i> & 31. pagina 49.</p> <p>Forenses qui. <i>nu. 4. pag. 31. & pag. 37. nu. 9. & pagina 57. numero 4.</i></p> <p>Foriscapium in Catalonia quid. <i>nu. 20.</i> pag. 8.</p> <p>Foriscapium quatenus accipiendum. <i>nu. 9.</i> 46.</p> <p>Foriscapium quantum. <i>nu. 11. 11. 16. & 18.</i> 48.</p> <p>Fraudantium poena. <i>nu. 10.</i> 63.</p> <p>Fraus nemini prodesse debet. <i>nu. 10.</i> 74.</p>	<p style="text-align: center;">G</p> <p>Gabella ex quo contractu soluenda. <i>nu. 21.</i> pag. 10.</p> <p>Gabella an ex contractu quouis soluenda. <i>numero 66.</i> pagina 87.</p> <p>Gabella & laudemium differunt. <i>nu. 36.</i> 66.</p> <p>Gabella quando ex contractu fratrum non debet. <i>numero 8.</i> pagina 15.</p> <p>Gabella & laudemium an & quando paria. <i>nu. 35.</i> 66.</p> <p>Gabellam non debet filius, & ex quo. <i>nu. 6.</i> 15.</p> <p>Gemma est pretiosior auro. <i>nu. 18.</i> 34.</p> <p>Genus non derogat speciei. <i>nu. 31.</i> 79.</p>	<p style="text-align: center;">H</p> <p>Hominum morsus scribentes pertransire iuxta queunt. <i>pagina 2.</i></p> <p>Honoris uendari quantum laudemium. <i>nu. 2.</i> 28.</p> <p>Hortorum quantum laudemium. <i>nu. 15.</i> pag. 34.</p> <p>Hospitalarij quorum decimas soluere debeant, & quorum</p>	<p style="text-align: center;">I</p> <p>Iacobus Calicij lapsus. <i>nu. 2.</i> pag. 89.</p> <p>Illegitimi filij non succedunt in emphyteusi. <i>nu. 9.</i> 14.</p> <p>Illegitimi quando emphyteusis successor. <i>nu. 10.</i> 14.</p> <p>Illud quod una uia prohibetur, alia non conceditur. <i>nume. 10. 20.</i> pag. 102.</p> <p>Indefinita equipollet uniuersali. <i>nu. 21.</i> 48.</p> <p>Iniectio manuum quo potius fit. <i>nu. 8.</i> 61.</p> <p>Iniectionis manuum ius. <i>nu. 7.</i> 61.</p> <p>Iniectionis manuum formula. <i>nu. 9.</i> 61.</p> <p>Initium in contractibus inspiciendum, & non finis. <i>nume. 10. 63.</i> pag. 87.</p> <p>Initium in contractibus habet uim & potentiam attractiuam. <i>numero 64.</i> 87.</p> <p>Instrumentum emphyteusis quando renouabile. <i>nu. 1.</i> 70.</p> <p>Instrumentum praesentare, uel non, est in mera uoluntate contrahentium. <i>nu. 29.</i> 54.</p> <p>Instrumenti impensus quis soluat. <i>nu. 44.</i> 68.</p> <p>Integra quando desinat esse res. <i>nu. 60. & 61.</i> 110.</p> <p>Inter patrem & filium non fit alienatio, sed domini contentio. <i>nume. 3.</i> pag. 13.</p> <p>Interpretatio privilegiorum stricti faciendae. <i>nu. 29.</i> 49.</p> <p>Interpretationem certam habentia, minime mutanda. <i>nume. 10. 28. pag. 54. & nu. 2.</i> pag. 70.</p> <p>Intrae domini medij quatenus. <i>nu. 10.</i> 96.</p> <p>Intrae quibus pares. <i>nu. 24.</i> 94.</p> <p>Intrae integra uni debetur. <i>nu. 26.</i> 94.</p> <p>Intrae nomine cui quantumq; dandum. <i>nu. 5. & 6.</i> 57.</p> <p>Intrae quatenus duorum cuilibet debetis. <i>nu. 27.</i> 94.</p> <p>Inuestitura abusua que. <i>nu. 22.</i> 53.</p> <p>Inuestitura qui fiat. <i>nu. 50.</i> 83.</p> <p>Iudex, fortuna. <i>nu. 16.</i> 109.</p> <p>Iudicandum pro ecclesia in dubijs. <i>nu. 8.</i> 71.</p> <p>Iudicium idem de similibus. <i>nu. 12.</i> 58.</p> <p>Iure datoris resolutio, resoluitur ius acceptatoris. <i>nu. 39. 67.</i></p> <p>Iura de soluendo laudemio loquentia quatenus accipienda. <i>numero 22.</i> pag. 102.</p> <p>Iure municipali principatus Cataloniae in laudemijs non dissponente, ad iura canonica & ciuilia est recurrendum. <i>numero 4.</i> pag. 35.</p> <p>Ius municipale Catalanorum cum iure Gotthorum concor dat. <i>nume. 6.</i> pag. 73.</p> <p>Ius ciuile & canonicum per ius Gotthorum correctum. <i>numero 6.</i> pag. 73.</p> <p>Iustum esse sua cuique committere. <i>nu. 39.</i> 54.</p>	<p style="text-align: center;">L</p> <p>Liberalis pars an preponderet. <i>nu. 3.</i> pag. 37.</p> <p>Laicale allodium quid. <i>nu. 10.</i> 6.</p> <p>Laici quorum laudemiorum non sunt capaces. <i>nu. 21.</i> 24.</p> <p>Laici decimum tantum capiant. <i>nu. 1.</i> 35.</p> <p>Laici honore nequeunt super rebus ecclesiae temporalibus. <i>numero 5.</i> pagina 70.</p> <p>Laico succedens decimum praestet. <i>nu. 10.</i> 31.</p> <p style="text-align: right;">Laico</p>
--	---	--	---	--

ALPHABETICVS.

Laico successori decima debetur. nu. 1.	36.	Laudemium soluat nouus emptor, Barcinone uenditor. nu. mero 33. & 34. pag. 11. & in quibus titulus. numero 35. pagina 12.	
Laico ecclesie successori septimum debetur. numero 3. pag. gina 55.	36.	Laudemium cui totum debitum. nu. 5. & 6.	90.
Laiicus cum ecclesia quando eodem iure censendus. numero 19. pagina 48.		Laudemij soluendi paria. nu. 5.	41.
Laiicus ecclesie successor quantum capiat. numero 10. pagina na 21. & nu. 12. pag. 21. & nu. 24.	pag. 2. 4.	Laudemium cui, & quantum ex uendito debeat. numero 32. pagina 95.	
Laiicorum statuta ecclesie non obstant. nume. 4. pagina 70. & cur. nume. 6. eadem pagina.		Laudemium debetur primo beneficiario, seu arrendatori. numero 65.	pag. 87.
Laudementum qui probandum. nume. 4.	72.	Laudemiorum solutione quid spectandum. numero 26. pag. gina 49.	
Laudemia duo an debita. nu. 25.	64.	Laudemium ex lucratiuis debetur. numero 1. pagina 45. & numero 6.	pag. 46.
Laudemia pacto contrabentionum imponuntur, aut ex qualitate rei. nu. 36.	pag. 26.	Laudemium duplex a quo petendum. numero 60. & 61. pag. gina 86.	
Laudemia secundum consuetudinem debita. numero 3. pag. gina 15.		Laudemium duplex an ex facto contractu debitum. numero 59. pagina 81.	
Laudemia excessiua exigentium poena. numero 17. pagina 49.		Laudemium diuiditur, & qui. nu. 6.	38.
Laudemia quando secundum consuetudinem soluenda. numero 22.	pag. 18.	Laudemium non nisi re tradita deberi. numero 57. & 58. pagina 85.	
Laudemia onera sunt realia. nu. 19.	21.	Laudemium quando non soluendum. nu. 23.	8.
Laudemij in equalis reductio. nu. 1.	40.	Laudemium duplex ex qua possessione debitum. numero 56. pagina 81.	
Laudemij inter duos partitio. nu. 10.	91.	Laudemium ex temporali alienatione deberi qui intelligendum. nume. 29.	pag. 10.
Laudemij quantitas secundum pactum prestanda. numero 1. pagina 15.		Laudemium an soluat redimens. nu. 29.	65.
Laudemij inter duos, tres, quatuorq; diuisio. nu. 33. & 34. pag. 95. & nu. 35.	pag. 96.	Laudemium ob calamum soluendum. nume. 40. & 41. pag. 61. & nu. 62.	pag. 67.
Laudemij duplicati poena quando cesset, quibusq; inflicti. numero 22. pag. 76. & nu. 28.	pag. 78.	Laudemium duplicatum quis exigit. nu. 3.	72.
Laudemij clausula, ubi an non inserenda. numero 10. & 11. pagina 31.		Laudemium duplex quando debitum. nu. 45.	82.
Laudemij soluendi forma. nu. 8.	pag. 12.	Laudemium ecclesie inter tres, quatuorue qui diuidatur. numero 25. pag. 94. & nu. 29.	pag. 95.
Laudemij clausula cur hic non inserenda. nu. 12.	42.	Laudemium ex facta traditione non debetur. numero 54. pag. gina 84.	
Laudemij diuisiones an differant, quidue commune habeant. nume. 47.	pag. 97.	Laudemium ex constituto non duplicatur. numero 54. pag. gina 84.	
Laudemij appellatio multiplex. nu. 20.	8.	Laudemium ex laudatione noua debetur. nu. 14.	pag. 14.
Laudemiorum solutio an pacto mutabilis. numero 14. pag. gina 17.		Laudemium est onus reale. nu. 60.	86.
Laudemium an ex resoluta uenditione debitum. numero 27. 26. & 27. pagina 64. & numero 31. pagina 65. & numero 34.	pag. 66.	Laudemium uenditione, reuenditioneq; debetur. numero 38. pagina 66.	
Laudemium non conuentum quantum. numero 17. pagina 58.		Laudemium ex subemphyteusi debetur. nu. 1.	56.
Laudemium ex contractu nullo non debetur. numero 13. pag. gina 62.		Laudemium non debetur ex contractu nullo. nu. 59.	86.
Laudemium quid. nu. 39.	pag. 27.	Laudemium medium aut in tegram quando debitum. numero 13. pagina 92.	
Laudemium duplicatum deberi qui accipiendum. numero 37. pagina 80.		Laudemium non debetur ex sola traditione. nu. 63.	87.
Laudemium uarie uarijs soluitur. nu. 8.	30.	Laudemium qui diuidant tres domini. nu. 11.	62.
Laudemium iusticij predij quantum. nu. 18.	44.	Laudemium ubi diuisum. nu. 7.	90.
Laudemium an ex lucratiuis debitum. numero 16. pagina 80.		Laudemium ubi petendum. nu. 25.	77.
Laudemium an hereditate diuisi debita. nu. 42. pag. 27. & nume. 43.	pag. 27.	Laudemium trium in quot diuisum. nu. 16.	95.
Laudemium ex quibus alienationibus debitum. numero 33. pagina 65.		Laudum soluendi Barcinone forma. nu. 12.	35.
Laudemium elemosyne quantum. nu. 11.	59.	Laudemium rescissa uenditione non debetur. nu. 3.	60.
Laudemium cui debitum. nu. 63.	87.	Laudemium urbanij predij quantum. nu. 20.	44.
Laudemium an diuisibile. nu. 1.	82.	Laudemij soluendi consuetudo seruanda. nu. 24.	8.
Laudemium ex uenditione ad uitam deberi. nu. 31.	11.	Laudemium ex contractu lucratiuo non debetur. nu. 2.	31.
		Laudemium ex lucratiuis non debetur. nume. 23. pag. 77. & numero 34.	pag. 80.
		Laudemium in Catalonia proprie quid sit. nu. 10.	8.
		Laudemium ex lege commissoria non deberi qui accipiendum. nume. 6.	pag. 61.

INDEX

Laudemium si locum extra urbem quantum nu. 10.	58.	Medium laudemium quantum numero 37.	55.
Laudemium an mutato contractu debitum nu. 18.	61.	Medium septimum uni ecclesiastico debitum. numero 37.	55.
Laudemium quantum ab extraneo soluendum. numero 18.		pagina 96.	
pagina 18.		Medium tertium an ex successione debitum nu. 59.	99.
Laudemium laidarum quantum nu. 9.	39.	Medium tertium cui, & quando debitum nu. 55. pag. 116.	99.
Laudemium ex reali traditione debitum nu. 13.	14.	numero 55.	pag. 116.
Laudemium laicale quando sumat ecclesia nu. 11.	22.	Medium tertium cui debitum nu. 12.	47.
Laudemium pendit venditor nu. 11.	42.	Medium tertium quid nu. 8.	pag. 116.
Laudemium intrate quando soluendum nu. 21.	59.	Medium tertium quantum numero 11. pag. 46. & numero	
Laudemium ex qua pignoratione debitum. numero 40. pa-		14. pagina 47.	
gina 67.		Medium tertium quanti sit nu. 25. & 26.	pag. 119.
Laudemium pro rei estimatione soluendum. numero 14.		Melior amenata domino minus offerenti non relinquenda nu.	
pagina 18.		mero 23.	pag. 116.
Laudemium lucratiuorum hodie quantum nu. 17.	52.	Militis successor ad quid teneatur nu. 29.	27.
Laudemium pacto retrovencendi adiecto, quantum. nume-		Mora cui libet nociva nu. 32.	28.
ro 41. pag. 67. & nume. 47.	pag. 69.	Mulier non potest esse argentiaria nu. 25.	24.
Laudemium ecclesie quantum nu. 41.	27.	Municipale ius, cessante pacto seruatur nu. 4.	35.
Laudemium ex alienatione ad tempus non debetur numero			
22. pagina 61.			
Lex Gothica ubi seruata, numero 6. pagina 73. & nu. 29.			
pagina 78.			
Lex nosa non tollit antiquam, nisi ei contrarietur. nume-			
ro 14.	pag. 71.		
Lex, Urbana. ff. de verbo. significa. explicatur & declar-			
tur. numero 16.	pag. 72.		
Liberate nihil gratius, & nobilius nu. 3.	37.		
Liberati semper fauendum nu. 3.	37.		
Libertas adeo res magna est, quod estimationem non reci-			
pit. numero 3.	pag. 37.		
Libre singule quantum exegant laudemij nu. 13.	52.		
Lucratius quando sine domino acquirantur. numero 24. pa-			
gina 77.			
Lucratii tituli a laudemio immunes numero 11. & 12. pa-			
gina 14.			
Lucratiuorum laudemij forenses soluant, ciues non item.			
numero 31.	pag. 49.		
Lucratiuorum quantum laudemium. nu. 2. pag. 45. & nu-			
mero 7. pag. 46. & nu. 13. pag. 47. & numero 25. pag.			
49. & numero 33.	pag. 50.		

M

Maiores cautela adhiberi debet, ubi maius est pericu-			
lum. nume. 24.	pag. 60.		
Maiori parti standum nu. 55.	pag. 109.		
Mala omnia ex avaritia oriuntur nu. 23.	59.		
Male partum, male disperit, Plauti sententia, numero 18.			
pagina 48.			
Manus statim in messem non sunt iniiciende, sed preludiva			
quedam ante faciendae nu. 1.	pag. 5.		
Medium laudemium quantum, & ob quid debeatur nume-			
ro 14.	pag. 92.		
Medium quintum ob quid, & a quo debitum numero 55.			
pagina 98.			
Medium decimum quantum, quicquid diuidatur numero 23. pa-			
gina 94.			
Medium tertium quando ex lucratiuis debitum. nume. 56.			
& 57.	pag. 99.		
Medium tertium quanti sit nu. 16.	pag. 12.		

N

Natura ecclesie imitari debet laicus, in locum eccle-			
sie positus nu. 12.	pag. 22.		
Natura denegatur in concessibile nu. 1.	pag. 111.		
Natura rei & qualitatem facit mutare fiscus. numero 32.			
pagina 20.			
Natura termini restricti qua nu. 7.	42.		
Natus ex serua, seruus nu. 46.	69.		
Natus ex libera, liber nu. 46.	69.		
Negotiatores experti, laudemiorum computationes caute			
facere debent nu. 20.	28.		
Nocentem absoluerit melius, quam innocentem condemna-			
re. nume. 23.	pag. 50.		
Notarius a partibus iuramentum exigere debet numero 10.			
pagina 74.			
Notarius sciens fraudem committi, & scribens, qua poena			
punitur nume. 10.	pag. 71.		
Notoria & iudicata consuetudo, ut lex seruanda est. nume-			
ro 5.	pag. 222.		
Nudum quid nu. 42.	pag. 81.		
Nullus potest esse potior seipso nu. 8.	112.		

O

Obligatio specialis quantum laudemium. numero			
6. pagina 51. & nu. 8. 9. 11. & 14.	pag. 152.		
Obligatio quem sequatur nu. 56.	22.		
Obligatio specialiter duobus quis praeipiet numero 31. pa-			
gina 54. & nu. 12.	pag. 55.		
Onus personale, & non reale est in feudis nu. 25.	pag. 251.		
Onus personale & reale imponitur in emphyteusi. nume-			
ro 39.	pag. 251.		
Onus rei comes nu. 15.	23.		
Onus soluendi laudemium quando cedat emptori, & quan-			
do uenditori nu. 8. & 21.	pag. 251.		
Onus soluendi laudemium regulariter emptori cedit. nume-			
ro 14.	pag. 17.		
Opinio ecclesie & ecclesiasticis personis fauens, tenenda			
est. nume. 27.	pag. 251.		
Opinio doctorum quando seruanda nu. 14.	114.		

Ordinis

ALPHABETICVS.

Ordinis effectus nu. 26. pag. 19.
 Ordo in docendo & scribendo seruandus nu. 26. pag. 19.

P

PActus inter dominum & emphyteutam super laudemiorum solutione factus, seruanda sunt numero 1. pagina 15.
 Pacta contractum annullantia nu. 12. pag. 62.
 Pacta cur sustineantur nu. 6. pag. 116.
 Pacti legis commissoriae, & additionis in diem us, numero 4. pag. 61.
 Pacto contractus mutatur nu. 17. 62.
 Pactum de retrocedendo ad haereditates transit, numero 22. pagina 63.
 Pactum fraudatorium quando presumendum, numero 25. pagina 63.
 Pactum appositum in contractu emptionis & uenditionis reddit ipsi subiectum de usuris nu. 9. 62.
 Pactum usurarium corrumpere facit contractum super quo interponitur nu. 12. 62.
 Parium eadem est natura & potentia nu. 15. 34.
 Pars magis tuta in dubijs capienda nu. 55. 84.
 Pars preponderans nu. 2. 37.
 Pater est caput filij nu. 2. 13.
 Pauperibus sciendum nu. 27. 25.
 Peccatorum omnium spina ex auaritia producuntur, numero 23. pag. 59.
 Peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum, numero 10. 17. pag. 48.
 Personae ecclesiasticae a laicis exemptae nu. 5. 70.
 Persona patris, & persona filij, iuris ciuilibus fictione, una & eadem persona reputantur nu. 2. 13.
 Pignoratium prohibita nu. 22. 52.
 Pignoratium qui hic accipienda nu. 22. 51.
 Pignoratium quae uctiles, & quae non nu. 23. 52.
 Plures qui interpretandi nu. 13. pag. 7.
 Poena eadem puniuntur emptor & uenditor numero 2. pagina 50.
 Poena tantum suos sequitur auctores nu. 53. 26.
 Poena eminentium emphyteusim qui accipienda numero 18. 19. & 20. pag. 75.
 Possessio in filium continuatur nu. 4. 13.
 Precarium in genere neutro, quid nu. 9. 71.
 Precaria in genere feminino, quid nu. 9. 71.
 Precarij, & chartae precariae discrimen nu. 9. 71.
 Praedij rustici laudemium quantum esse debeat numero 41. pagina 96.
 Praedia rustica quibus cedant nu. 19. 35.
 Praedij unius plures possunt esse domini: & qui accipiendum numero 12. pag. 6.
 Praedij urbani quantum laudemium numero 14. pag. 34.
 Praediorum diuisio nu. 14. pag. 7.
 Praedij unius, multiplex dominus esse potest numero 3. pag. 11. & nume. 4. pag. 112.
 Praediorum extra, intrae urbem differentia numero 7. & 8. pagina 16.
 Praediorum genera, quaeque plura sint nu. 16. 34.
 Praedium cum ecclesia commune quale nu. 1. 37.

Presentari a quo debeant instrumenta numero 62. & 63. pagina 110.
 Priuilegia constitutionis qui accipienda, numero 12. pagina 31.
 Priuilegia iuri communi contraria nu. 29. 49.
 Priuilegio quae causentur nu. 2. 40.
 Priuilegium datum praedij, non extinguitur cum persona, numero 29. pag. 27.
 Priuilegium datum personae, cum illa extinguitur numero 29. pagina 27.
 Probationes luce clariore in criminibus puniendis requisitae numero 54. 84.
 Procedere de similibus ad similia licitum est numero 12. pagina 58.
 Prohibito consequente, prohibetur antecedens numero 4. pagina 51.
 Prohibito uno, prohibentur omnia, quae ex illo sequuntur, numero 45. pag. 69.
 Publica utilitas priuata preferenda nu. 3. 89.
 Puniri non debet quis plus quam deliquerit numero 3. pagina 72.

Q

Quae rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt numero 6. pag. 112.
 Quantum laudemij debeant emphyteuta, pagina 20. in cellulis.
 Quarta partis tertia pars quarta nu. 16. 43.
 Quilibet est moderator & arbiter in re sua, numero 29. pagina 54.
 Quilibet uerbi acceptio nu. 21. & 22. pag. 48.
 Quinti clausula quando excusetur nu. 9. 33.
 Quantum ex quo debeat, & quando, numero 1. & 3. pagina 11.
 Quantum pro praedio rustico uni debetur numero 42. pagina 96.
 Quantum inter duos, tres, quatuorue qui diuidendum, numero 41. 44. & 45. pag. 97.
 Quantum soluat quis successor nu. 2. 32.
 Qui prior est tempore, potior est iure nu. 31. 55.
 Qui sibi ipsi damno fuerit, sibi imputet nu. 20. 28.
 Quis non adipiscitur possessionem per inuestituram uerbalem etiam cum anulo factam nu. 22. 52.
 Quod frequenter fit, censetur legitime fieri numero 38. pagina 66.
 Quod non apparet, presumitur non esse numero 32. pagina 6. & nume. 19. pag. 35.
 Quod omnes tangit, ab omnibus approbari debet numero 2. pagina 75.
 Quod meo nomine proprio non licet, non licet alieno numero 20. pagina 102.

R

Rapaces in altum tolluntur, ut lapsi grauiori ruant, numero 18. pagina 48.
 Ratihabito quando retro non trahatur numero 32. pagina 55.

INDEX

Ratio sufficit, quando lex deficit. nu. 11.	pag. 53.	gento leg. nunc. 10.	pag. 34.
Rationis paritas iuris paritatem inducere debet. numero 12. pagina 52.		Sententia arbitralis quibus latis. nu. 10.	pag. 39.
Restitutus quando non queratur. nu. 26.	54.	Sententia arbitralis quos non tenent. cuiusq; rei effectus. numero 6. pag. 32. et nu. 13.	pag. 34.
Redditio non est noua uenditio, cuiusq; rei effectus. numero 28.	pag. 64.	Sententia arbitri quid continetur. nu. 40.	pag. 27.
Relatiuorum extrema duosque simul subsistere. numero 7. pagina 112.		Sententia arbitralis explicatio. nu. 11.	44.
Religionis fauendum. nu. 37.	25.	Sententia arbitralis fundamentum. nu. 31.	40.
Renouanda charta causa quid dandum. numero 2. et 3. pagina 70.		Sententia arbitralis nonnulla. nu. 4.	40.
Rescissa uenditione, quid restituendum. numero 42. et 43. pagina 68.		Sententia arbitralis sensus. numero 6. pagina 41. et numero 10. 9.	pag. 42.
Resilientibus consensum non sufficere. nu. 53.	84.	Sententia que capitis comes. nu. 17.	23.
Resistere a contractu quando non liceat. numero 64. pagina 110.		Septima pars quarta sit. nu. 2.	21.
Resistere a contractu infra dies fatice an liceat. numero 57. et 59. pag. 110.		Septimum ex hypotheca speciali debetur. numero 36. pagina 96.	
Resistitur a contractu impune re non traditur. numero 51. pagina 84.		Septimum ex pradio urbano ecclesie soluat forensis. numero 1. pag. 21.	
Resolui a contractu quando pacto queat. numero 32. pagina 61.		Septimum ex quibus, et quando debitum. numero 36. pagina 95.	
Resoluit uenditione an debeatur landoniam. numero 39. pagina 81.		Septimum ex uendito debetur. nu. 31.	95.
Resolutione contractus titulum non tribui: cuiusq; rei effectus. numero 30.	pag. 65.	Septimum quando debeat habere laicum. numero 22. pagina 24.	
Resolutio quibus uerbis fiat. nu. 7.	66.	Seruitutum predialium species definita. numero 17. pagina 7.	
Res inter alios acta non preiudicat alijs. numero 33. pagina 26.		Similium idem ius. numero 10.	51.
Retentione uti uolens uenditionem an impediatur in pluri- bus. nu. 52. 53. 54.	pag. 109.	Solidi nouem cui cedant, quique diuidantur. numero 47. pagina 97.	
Retinendi rem suam, pluribus uenditis, domino ius esse. numero 40.	pag. 106.	Solidi nouem concedenti debent. nu. 10.	93.
Retinere quid nequeat dominus. nu. 34.	105.	Solidi nouem ob chartam precariam debiti. numero 18. pagina 92.	
Retrahitur domino quantum tempus dandum. numero 11. et 12.	pag. 101.	Solidi nouem qui et inter quos diuidantur. numero 20. 21. et 22.	pag. 91.
Retrahitus conuentionalis. nu. 4.	100.	Solidi nouem qui inter duos, tres, quatuorq; diuidendi. numero 49. 50. et 51.	pag. 98.
Retrahitus ex rei natura quis. nu. 6.	pag. 100.	Solidi nouem quando diu debiti. nu. 48.	98.
Retrahitus quando cognitus. nu. 3.	100.	Solidi quanti estimatus. nu. 8.	46.
Retrahitus tempus an mutabile. nu. 11.	101.	Solutionem cessantium poena. nu. 29.	78.
Retrahitus uarijs ex causis debentur. nu. 2.	100.	Species genere potior. nu. 26.	101.
Reuendens quid recuperet. nu. 45.	69.	Species derogat generi. nu. 31.	79.
Reuenditionis forma. nu. 30.	pag. 81.	Spurius in ciuitate et diocesi Gerunda rem emphyteutica- riam a patre ei relictam capere potest. numero 10. pagina 14.	
Rigori inherere iustum, iustius tamen equitatem amplecti. numero 23.	pag. 59.	Stabilire, quid. numero 2.	16.
Rustica seruitutes dicuntur, que rusticis pradijs seruiunt. numero 17.	pag. 77.	Statuta contra ecclesiam abolenda. nu. 6.	70.
Rustici quantum pro obligationibus soluant. numero 38. pagina 55.		Statutum antiquum seruari debet per nouum. numero 14. pagina 75.	
Rusticus militi succedens quid soluere teneatur. numero 29. pagina 25.		Statutum secundum an reuocet primum. numero 15. pagina 71.	

S

S eneca sententia notata digna. numero 18.	pag. 48.	Subrogatum sapientiam naturam illius, in cuius locum subrogatur. numero 2.	pag. 32.
Sensus legis. Nemo. nu. 58.	pag. 110.	Subrogatus sapientiam naturam illius, in cuius loco subrogatur. numero 9.	pag. 22.
Sensus legis dudum. C. de contrahenda emptio. numero 15. et 16.	pag. 102.	Successores quando suo iure utantur. numero 31. pag. 25. et numero 44.	pag. 28.
Sensus. §. perueniamus. l. et si non sunt. ff. de auro et ar- gento leg. nunc. 10.			Successorum

ALPHABETICVS.

Succefforem iure fuffefferis cenferi. numero 9. pag. 23. & numero 23. pag. 24.

T

TAbellionum in literis emphyteufis officium. numero 3. pagina 29.

Tacens quando consentiat. nu. 48. pag. 107.

Tempora que reducitur. nu. 19. 115.

Tempus modicum. nu. 26. 9.

Temporis fubrogati natura. nu. 21. 115.

Tertiam directum fivè fimplex. quid. nu. 13. 17.

Tertium in Catalonia quid. nu. 20. 8.

Tertium auant quando non foluendum. numero 21. pagina 14. 18.

Tertium auant quo cafu foluendum. numero 19. & 21. pagina 51.

Tertium auant quando debitum. nu. 22. 58.

Tertium quid. cuius debitum. nu. 7. 16.

Tertium fimplex qui accipiendum. nu. 10. 46.

Tertiorum genera. nu. 12. 13. & 17. pag. 17.

Tertium fimplex quando foluat extraneus. numero 54. pagina 98.

Tertium auant quid. nume. 15. 17.

Tertium auant quantum. nu. 20. 53.

Tertium ex uenditio inter quos diuifum. numero 60. pagina 14. 99.

Tertiorum nullum difcrimen. numero 16. 20. & 24. pagina 17. 18. & 19.

Territorij uox late patet. nu. 9. 36.

Tertia pars quarta. nu. 17. 44.

Tralere qui cogendi non fint. nu. 29. 54.

Tralere. quid fignificet. nu. 18. 85.

Tralitio in qua caufa non eft. nuda eft. & non ualet. nec ex ea dominium tranfertur. nu. 63. 87.

Tralitio fola fine titulo uel caufa non tranfert poffeffionem. numero 63. 87.

Tralitio quid. nume. 64. 87.

Triginta dies quando currant. nu. 9. pag. 102.

V

Vafalli in feudis non poffunt effe plures. numero 13. pagina 7.

Vafalli plures Barcinone effe poffunt. numero 14. pagina 7.

Vafallus non poteft effe maior domino fuo. numero 8. pagina 112.

Vbi eadem eft ratio. idem ius ftatui debet. numero 11. pag. 23. & nume. 10. pag. 52.

Vbi lex non diftinguit. nec nos diftinguere debemus. nu. 23. pag. 14. & nu. 5. pag. 44.

Vbi non eft ordo. ibi non deeft confufio. numero 28. pag. 19. & numero 3. pag. 57.

Venditio cur fiat. nu. 21. 102.

Venditio pluribus quando una an multiplex uenditio cenfenda. eiusque rei efferus. numero 41. & 43. pagina 106.

Venditio nulla pccan non meretur. numero 14. pagina 65.

Venditio quando in fraudem fiat. nu. 21. 62.

Venditor ante traditionem eft dominus pleno iure. numero 43. pagina 82.

Venditorij incumbit laudemij folutio. numero 10. pag. 42. & numero 21. pag. 44.

Venditor laudemium foluere debet. nume. 2. 21.

Verba que intelligenda. nu. 27. 54.

Verba quando ab efferu diftent. nu. 20. 59.

Vinetorum quantum laudemium. nu. 15. 34.

Vrbana feruitutes dicuntur. que pcedijs urbanis debentur. numero 17. pag. 7.

Vrbana pcedia que. nu. 15. 7.

Vrbanoz pcediorum. pcediorum laudemia uarie foluuntur. nume. 18. 7.

Vfufuctuario laudemium quando debetur. numero 12. pagina 31.

Vfure in contractu emptionis & uenditionis precipue prohibite. nume. 12. pag. 62.

Vfure iure municipalis Cataloniae exprefe prohibite. numero 11. pag. 62.

Vfure iure ciuili permiffe. nu. 22. 62.

Vfura multis iuribus reprobatas. nu. 17. 62.

Vfure iure canonico prohibite. nu. 23. 62.

Vfuras quantas foluat fuffefferor. nu. 32. 25.

Vfurarij. falfa diuitiarum felicitate inebriati. numero 11. pagina 62.

Vfurarij. falutis eterne immemores. nu. 10. 62.

Vfufuctus recenti efferus. nu. 46. 82.

Vfus uetiti efferus. nu. 46. 69.

Vtilitas publica potior. nume. 3. pag. 89.

FINIS INDICIS.

Lugduni,

Excudebant hæredes Cornelij à feptem grangijs. expenfis Ioannis Gordiola bibliopolæ Barchinonenfis.

1 5 5 6.

Epitome Totius
operis.


Roma, ac franjuaq; rebona, alia sunt feudalit et alia allodialia. Et aucom
proprium aliaq; matrimoniu quod a nomine alii recognoscitur nisi a solo deo


[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. Some words like 'T' and 'V' are visible.]


PRINCIPALIA


Index

Index de rebus et personis
Index de rebus et personis











F